This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com



MARBODI
LIBER LAPIDVM
SEV
DE GEMMIS
VARIETATE LECTIONIS
ET
PERPETVA ANNOTATIONE
ILLVSTRATVS
A
IOHANNE BECKMANNO.

ADDITIS OBSERVATIONIBVS
PICTORII, ALARDI, CORNARII.

SVBIECTIS SVB FINEM ANNOTATIONIBVS
AD
ARISTOTELIS
AVSCVLTATIONES MIRABILES
ET AD
ANTIGONI CARYSTII
HISTORIAS MIRABILES.

GOTTINGAE
TYPIS IOANN. CHRISTIAN. DIETERICH.
1799.

Digitized by Google

Digitized by Google

Etsi *Marbodi*, episcopi Redonensis, libellus de lapidibus siue de gemmis, neque ingenii neque sermonis gratia commendatur, neque quidquam aliud, quod magni aestimandum sit, continet, nisi quod a Plinio aut Solino acceperit auctor, tamen operae pretium duxi, nouam eius curare editionem. Certum est enim, reperiri in eo non pauca, quae eos iuuare possint, qui in eas res explicandas operam locare volunt, quas veteres de lapidibus ac metallis eorumque natura memoriae tradiderunt. Quo nomine istum libellum saepissime laudatum videmus a Conrado Gesnero, Salmasio, Bocharto, Vossio, Barthio, Harduino, Lessingio et celsiss. comite A. F. de Veltheim, aliisque viris summae eruditionis *). Neque eo quisquam facile carebit, qui istorum virorum sententias de lapidum nominibus, quorum mentionem fecerunt veteres, aestimare velit, quas argumentis ex Marbodi carmine petitis non raro confirmatas esse constat.

Prostant quidem iam tot editiones huius libri, vt rarior videri nequeat, at sunt certe rariores editiones eae, quae aliis praestantes potissimum expetuntur. Atque omnes multis vitiis scatent; in-

 signis

*) Scaligerana II. p. 150: "Marbodaeus, poeta Gallus. „traité *de gemmis;* on a corrigé beaucoup de passa„ges de Pline par lui. J'en ay vn Ms. que P. Da„niel m'a donné; c'est un petit poete.

Digitized by Google

signis ac numerosa est vbique lectionum varietas, quam nemo adhuc colligere atque diiudicare dignatus est. Neque vlla editio integra est, cum cuique desint aliquot versus, qui in aliis leguntur editionibus, quae et ipsae aliis versibus carent.

Iam cum nostra aetate virorum eruditorum cura magis magisque ad historiam naturalem veterum explicandam dirigitur, volui aliquid subseciui temporis studiis meis subtrahere, et impertiri nouae huius libelli editioni, quae etsi non omnibus numeris absoluta, at comparatu tamen et vsu facilior sit. Sed ne longiori exordio legentes fatigentur, quae praestare conatus sum, paucis verbis indicabo.

Perpetuam omnium editionum collationem instituí, et e variis lectionibus eam retinui, quae vel plurimis, vel mihi saltem optima visa est; sed omnes sedulo recensui, vt lectores meliorem inde eligere possint, vbi a probabili aberrauerim.

Quas lectiones codicis, quem caesarea bibliotheca Vindobonensis seruat, addidi, eas debeo viro eruditissimo, eximio litterarum amore flagranti mihique amicissimo, Joh. Dan. Ribini, qui, vsus fauore et venia humanissimi viri, Denis, bibliothecae praefecti, exemplum a se ipso exscriptum, pro suo in me amore, mihi donauit. Idem etiam codicem illum cum editione principe, quam curavit Cvspinianvs, diligentissime contulit. Quidquid itaque ex hac editione protuli, illud omne amico Ribini meo, grato animo acceptum refero.

Digitized by Google

E PICTORII, ALARDI et CORNARII annotationibus, quae lectoribus vtilia seu grata fore putabam, excerpsi meisque interserui, cuiusuis auctoris nomine subscripto. Sed sunt perpauca, neque magni momenti esse videntur.

Iam de annotatione nostra aliquid dicendum est, quam nec ipse magni pretii esse confiteor. Sunt symbolae, quas ad eam historiae naturalis veterum partem, quae de lapidibus agit, et hodie *mineralogia* vocatur, explicandam offero, quas lectores aequi bonique consulant rogo.

Interpretationem Gallicam auctoris cuiusdam Marbodo aequalis, quam primus BEAUGENDRE divulgauit, adiicere non dubitaui, cum sit rarum ac venerabile monumentum vetustissimae linguae Gallicae, quod iis quam maxime gratum erit, qui et inter nostrates huius linguae origines rimantur. Quorum in vsum multam operam dedi, vt carmen, quod hactenus a nemine repetitum est, accurate exscriberetur. Sed quae de eo praeterea commemoranda sunt, ea legant lectores allata a nobis cum ex Beaugendri, tum ex aliorum virorum libris.

De auctore quidem, qui saeculo vndecimo vixit, in fronte huius opusculi differere nihil attinet, quandoquidem in eo argumento versati sunt ii, qui vitas virorum eruditorum expossuerunt, quorum in numero sunt FABRICIVS in *biblioth. lat. med. aeui.* VOSSIVS lib. 2, 44. *de historicis latinis* p. 372. et *de poetis latinis* cap. 6. p. 72. POLYC. LEYSERVS in *Histor. poet. med. aeui* p. 368. et HAM-

Digitized by Google

BERGER in *zuverläſſigen Nachrichten von Schriftſtellern* IV. pag. 93. aliique.

Sed cum complures variis de rebus, quae ad Marbodum pertinent, diſſident, cuius nomen aliis *Marbodaeus*, aliis *Marboldus* minus recte ſcribitur, non intempeſtiue ſubiiciuntur a me, quae BEAUGENDRE de viro retulit, quippe qui multa certior ſcire potuit, cum vſus ſit antiquis monaſteriorum et eccleſiarum actis et litteris. Deinde *opera Hildeberti ac Marbodi* edita a BEAUGENDRE multis in bibliothecis deſiderantur, vt non poſſint in promptu eſſe cuiuis, qui anquirere omnia diligenter velit.

Denique ſicut ANTIGONI *hiſtoriis mirabilibus*, bona cum venia lectorum, nouas annotationes, tanquam curas poſteriores, ad ARISTOTELIS *auſcultationes mirabiles* antea a nobis editas, addidi, ita deeſſe mihi nolui, quin et huic libello adiicerem, quae et *Ariſtotelis* et *Antigoni* libris denuo addenda habui. Spectant enim haec omnia ad hiſtoriam naturalem veterum, quam qui non curant, iis nec iſta ſcripſimus, horumque iudicium de hiſce opuſculis noſtris modeſte deprecamur.

Scr. Gottingae d. 4. Aug. 1798.

Digitized by Google

BEAUGENDRE

IN PRAEMONITIONE AD MARBODI OPERVM EDITIONEM PAG. 1382.

Qualis et quantus fuerit Marbodus e pluribus praecipue diplomatibus in archiuo Monaſterii S. Albini Andegavenſis aſſeruatis liquet, quorum copiam amplam fecit Petrus Coſſon, eiusdem monaſterii Subprior, poſt diligentiſſimam et exactiſſimam illorum diſcuſſionem. Ex his autem euincitur, ipſum Marbodum in Andegavenſi comitatu, vel etiam in ipſa vrbe Andegavenſi clara ortum, et iam tunc numeroſa familia. Quod patet ex antiquo diplomate, quo Robertus Pelliciarius, dictus etiam in alio diplomate

Digitized by Google

Paramentarius, Marbodi pater, praesente vxore sua, cum duobus filiis suis Hugone et Salomone, cum pluribus sororibus suis, iisque annuentibus, cedit monachis S. Albini quemdam desoensum aquae, sub certis conditionibus; cui cessioni cum Marbodus natu minor non interfuisset, maior factus, illam ratam habet. Eius porro familiae nobilitatem innuere videtur Vlgerius episcopus Andegavensis, cum in eius elogio funebri asserit quod *natus erat, quorum decus erat Andegavorum.*

Licet autem ex ipso Marbodo, qui a iuuenilibus annis se Deo et ecclesiae mancipauit, eius familiae non fuerit orta progenies, nil obstat, quin e fratribus eius Hugone et Salomone laicis plures natos liberos opinemur, e quibus eorum propagata fuerit numerosa familia, quae ob insignem Marbodi famam, Marbodorum potius quam Pelliciariorum e fratribus forte obscuris nomine claruit.

Et certe si nos non fefellit coniectura, qua epistolam 15. lib. 2. epistolarum Hildeberti ab ipso coniecimus directam fuisse Marbodo, non quidem episcopo, sed tunc tantum canonico, (qua illum dignitate ornatum asserunt fratres Sammarthani in Gallia Christiana ad Eusebium, quod et alii) liquebit iam tunc Marbodi familiam fuisse nominatissimam; si quidem, vt in illa epistola testatur Hildebertus, canonicis Andegavensibus, *iam incubuerat timor Marbodi et suorum, quibus et eius suspecta erat vniuersitas parentelae.* De qua non improbabile videtur exortam per auos et proauos fuisse illustrissimam Marbodorum familiam, vulgo dictam *de Marboeuf*, qui nunc etiam supremos in suprema Armoricae curia magistratus, summa

Digitized by Google

ſumma cum integritate exercent, regis obſequio ſemper addictiſſimi miniſtri. Nec huic Marbodianae familiae claritati repugnat publica, qua claruit Andegavis Marbodus, eloquentiae profeſſio, cum primoribus etiam viris in pretio ſemper fuerit ars illa, inter liberales artes potiſſima.

Hinc ſane et ex illa, quam ſibi Marbodus conciliauerat optime et apte dicendi facultate celebri fama, ad ſcholarum eccleſiae Andegavenſis magiſterium euectus eſt, et qui ſecundum Burdigneum et Hiretum, rerum Andegavenſium hiſtoriographos, publicis Andegavenſibus ſcholis dederat initium; in modum, vt aiunt, cuiusdam vniuerſitatis, ſacris etiam eccleſiae ſcholis praeeſſe dignus eſt habitus. Andegauenſis porro fundationem Vniuerſitatis a Marbodo innuere videtur Vlgerius epiſcopus Andegavenſis, dum in eius epicedio ſic ait: *Transtulit huc ſtudium, transtulit ingenium.*

Hoc autem ſcholaſtici munere egregie functum fuiſſe per totos quatuordecim annos, ſcilicet ab anno 1067 ad an. 1081. patet e duobus diplomatibus eccleſiae cathedralis S. Mauritii Andegavenſis, in quibus expreſſe dicitur ſcholaſticus eccleſiae Andegavenſis, cuius poſtea archidiaconatum eſt conſecutus; in qua dignitate e variis etiam eiusdem eccleſiae diplomatibus conſtat, ipſum ita praeclare ſe geſſiſſe ſub tribus praeſulibus Andegavenſibus, Euſebio ſcilicet, Godefrido I. et Godefrido II. vt tandem exigentibus meritis, et iubente Vrbano II. ſummo pontifice, in ipſo Turonenſi concilio an. 1096, vt ait Vlgerius in eius epicedio: *Hic praeſul factus, nolens licet, atque coactus*, et ſolemni ritu conſecratus fuerit eccleſiae Redonen-

Digitized by Google

ſis epiſcopus. Hanc vero cum per annos viginti et octo pie rexiſſet, tandem ad caeleſtem patriam anhelans, abdicato ſponte pontificatu, in monaſterium S. Albini Andegavenſis, vbi monachum ſub regula S. Benedicti profeſſus, per aliquot annos regulariter vixit, et plenus dierum et bonorum operum ſanctiſſime deceſſit III. Idus Septembris an. 1123, annos natus octoginta circiter et octo, vt patet ex epiſtola congregationis B. Albini Andegavorum epiſcopi, ſeu monachorum in monaſterio eius ibidem ſub regula S. Benedicti Deo militantium, qua vniuerſis eccleſiae filiis ſanctiſſimum Marbodi obitum denunciant.

CATALO-

Digitized by Google

CATALOGVS EDITIONVM.

*Quibus vti mihi contigit, hoc signum * appoſui.*

1511. *Libellus de lapidibus pretioſis nuper editus.* In fine legitur: *Viennae Pannoniae per Hieronymum Victorem Philoualleṁ. Anno* M. D. XI. *Septimo Kalen. Martii.* 4. Prima editio curata a *Ioan. Cuſpiniano*, quae nec Beaugendro, nec Fabricio, nec Hambergero cognita fuit; cuius notitiam dedit Denis in *Wiens Buchdruckergeſchichte* pag. 55. Qui vitam Cuſpiniani expoſuerunt, e. gr. Nic. Gerbelius, Freherus aliique, inter ſcripta eius, Marbodi nullam iniecerunt mentionem. Ex iſto exemplo, quod in bibliotheca Vindobonenſi adſeruatur, excerpſit in meum vſum varietatem lectionis vir praeſtantiſſimus *I. D. Ribini*, deſcripſitque Cuſpiniani dedicationem ac praefationem, vnde quae praecipua videntur, mox afferam. Libellum nullis editor adornauit annotationibus, ſed ſupra quoque ſegmento poematis, quod et ipſe vocauit: *Enchiridion Marbodei Galli de lapid. pret.* indicauit loca Plinii, Solini aliorumque, vnde poeta hauſit, aut vbi eadem referuntur, eodem modo, quo vſus eſt in ſua editione Pictorius.

1524. In collectione prima *operum Marbodi edita Redonis apud Ioannem Maçe, bibliopolam, iuſſu Tvonis Redonenſis epiſcopi.* Vnum tantum exemplum ipſa in Gallia invenire potuit Beaugendre, qui inde lectionis varietatem addidit ſuae editioni. Conf. Leſſing *Kollektaneen* 2. pag. 137.

* 1531. *Marbodei Galli poetae vetuſtiſſimi de lapidibus pretioſis enchiridion, cum ſcholiis Pictorii Villingenſis. Eiusdem Pictorii de lapide molari carmen.* 56 folia in 8. ſine loco, ſed certe Friburgi. Priores editiones Pictorius ignoraſſe videtur. Poematis ſegmenta, ſecundum nomina

Digitized by Google

nomina gemmarum, in ordinem alphabeti temere coegit, quae in codicibus mſptis aliter diſpoſita leguntur. Ex annotationibus ea, quae alicuius momenti eſſe videntur, ſedulo expiſcatus ſum. Huius editionis meminerunt Mettaire *ann. typ.* tom. V. vol. 2. p. 51. et Fabricius *bibl. medii aeui* V. p. 53. qui commemorat, Marbodeum Pictorio vocatum eſſe Gallum *Cenomanenſem*, quod cognomen equidem ibi non reperio.

* 1531. Eadem editio, ſed charta et litteris nitidioribus, repetita eſt Pariſiis: *excudebat Chriſtian Wechelius* pagg. 110 in 8.

* 1539. *Marbodaei Galli Caenomanenſis de gemmarum lapidumque pretioſorum formis, naturis atque viribus eruditum cum primis opuſculum, ſane quam vtile, cum ad rei medicae, tum ſcripturae ſacrae cognitionem; nunc primum non modo centum ferme verſibus locupletatum pariter et accuratius emendatum, ſed et ſcholiis quoque illuſtratum per Alardum Aemſtelredamum; cuius ſtudio additae ſunt et praecipuae gemmarum lapidumque pretioſorum explicationes, ex vetuſtiſſimis quibusque autoribus coactae. Cum ſcholiis Pictorii Villingen. Coloniae excudebat Hero Alopecius* 1539. 126 folia in 8. Codex mſptus, quem habuit Alardus, multo integrior meliorque fuit eo, quo vſus eſt Pictorius, quam ob cauſſam complures verſus haec editio continet, quibus prior caret. Primum etiam inde innotuerunt duae epiſtolae ab Evace Tiberio ſcriptae, quas, etſi haud dubie confictas a monacho quodam, infra lectoribus offeramus. In fine p. 76. b. leguntur: *Marbodaei ſiue potius incerti auctoris verſus aliquot* (93) *hactenus deſiderati.* Hos, quibus priores editiones carent, etiam noſtrae inſeruimus. Vitia, quibus ſcatebat libellus, paſſim correxit Alardus, addiditque varietatem lectionis in margine, et ſuas et Pictorii annotationes, cuius tamen ordinem ſegmentorum alphabeticum merito reſpuit. Adiunxit praeterea multorum auctorum integra loca de gemmis, nimirum: Plinii, Solini, Dioſcoridis, Galeni, Philonis, Hegeſippi, qui de excidio vrbis Hieroſolymitanae ſcripſit, Originis, Baſilii, Geor. Nazianzeni, Chryſoſtomi, Hieronymi, Ambroſii, Auguſtini, Theodor. Cyrenenſis, Marſilii Ficini, Hermolai Barbari, Rabbinorum quorundam, inprimis eorum, qui de gemmis a Moſe ad pectorale ſacerdotum exornandum

Digitized by Google

nandum adhibitis differuerunt, quarum notitia Alardo theologo maxime cordi fuit. Ex iis, quae praefatus est, lectu digna infra sequentur.

* 1540. *Macri de materia medica lib. 5. versibus conscripti. Per Ianum Cornarium medicum physicum emendati ac annotati, et nunquam antea ex toto editi. — — — Lib. quintus de lapidibus ac gemmis.* In fine legitur: *Francofurti. Chr. Egen.* (Egenholf). 132 folia in 8. Adiunxit Cornarius Macri libello libellum Marbodi, quoniam in quodam veteri exemplari eos coniunctos repererat. "Quintus, inquit, liber de lapidibus, plane diuersi „auctoris est, et non paulo elegantior, siue verborum „selectorum, siue carminis venustatem spectes, quam„quam etiam in hoc non desint naeui syllabarum moris „inhaerentes. Quaedam exemplaria Merboldum episco„pum autorem praefixum habent. Alii Merbodeum „citant, versibus inde allegatis, sed nobis vterque velut „ignotissimus quisque ignotus existit." — — Addidit annotationes, quae maxima ex parte e locis Plinii aliorumque continentur. Ordo segmentorum fere idem ac in editione Alardi.

1555. *Marbodi dactyliotheca, scholiis Georgii Pictorii, nunc altera vice supra priorem editionem illustrata. Item de lapide molari et de cote carmen panegyricum, auctore eodem Georg. Pictorio.* Basileae per Henrichum Petri. 8. Conf. *Catalogus biblioth. Bunauianae.* I, 3. p. 2027. Hamberger IV. pag. 97.

* 1574. *De gemmis scriptum Evacis regis Arabum, olim a poeta quodam non infeliciter carmine redditum et nunc primum in lucem editum. Opera et studio D. Henrici Rantzovii, sereniss. Danorum regis per Holsatiam et Dietmarsiam legati. Wittebergae, excudebat Laurent. Schwenck.* Folia 27 in 8. E bibliotheca Rantzovii, vnde complures libri prodierunt, edidit *Henricus Moller*, Hamburgensis, qui et ipse praefatus est. "Hic libellus, „inquit, ab Evace Arabum rege, quem sub Tiberio et „Nerone Imper. Romanis floruisse constat, graeco ser„mone primum conscriptus, postea vero a quodam poeta „versibus non infeliciter redditus — — nunquam ante„hac integre, quod sciam, editus, — — profertur." At multa hic desiderantur, quae iam habebantur in editione Alardi, quam Moller ignorasse videtur. Neque is quid-

Digitized by Google

quidquam ad libellum explicandum vel expoliendum contulit. Possideo hanc editionem dono viri illustris, comitis *A. F. de Veltheim*, domini fundorum Harbke, Aderstedt etc. metallorum regis Britan. et electoris Brunsuic. curae praefecti, de litteris optime meriti.

* 1575. Eadem editio repetita Lubecae apud *Ioan. Balhornium*, folia 32 in 8.

* 1585. Iterum eadem editio repetita *Lipsiae. Imprimebat Georg. Defnerus.* Folia 53 in 4. Eadem praefatio, etsi annus subscriptus sit 1585. Quae annexa sunt, huc non pertinent.

1695 et * 1707. *Marbodaei, Galli, Caenomanensis, poetae vetusti, carmen de gemmis et lapidibus.* In Abr. Gorlaei *dactyliothecae* parte secunda, quam curauit Iac. Gronovius. Lugduni Bat. in 4. Comparatione instituta intellexi, cum Alardi editione eam prorsus conuenire, differre tamen in segmentorum diuisione, quam sustulit Gorlaeus. Eadem lectionis varietas in margine; neque desunt epistolae duae Evacis, neque versus incerti auctoris, quos primus euulgauit Alardus. Annotationes additae nullae.

* 1708. Inter reliqua Marbodi opuscula cum Hildeberti operibus coniuncte edita ab *Auton. Beaugendre*, monacho Benedicti e congregatione Mauri. Parisiis. fol. p. 1635 - 1690. Hic ita de Marbodo meritus est, vt nemini plus quam ei debeat. Vsus est compluribus codicibus mss. et editione Redonensi, vnde variantes lectiones annotauit, addiditque plura alia, quae in codicibus repererat, etsi non Marbodi, tamen vetusta, nec prorsus despicienda. Sed quantum praestiterit, cognoscant velim lectores ex ipsius verbis, quae iamiam allaturus sum.

* 1740. *Marbodaei de lapid. pretiosis enchiridion — — Ex bibliotheca Bruckmanniana recus. Wolffenbuttelae.* pagg. 84. in 4. Repetitio editionis anni 1531; praeter praefationem, quae pauca de auctore commemorat, nihil additamenti.

Cum

Digitized by Google

Cum ordo segmentorum in libris et manu scriptis et editis adeo varius est, vt non duae editiones prorsus conueniant, operae pretium duxi, in tabellam coniicere collationem editionum, quae illam euoluendi molestiam leuaret.

B. = segmenta editionis Beaugendri, quam nostra sequitur.
V. = codex bibliothecae Vindobonensis.
C. = editio Cuspiniani.
P. = Pictorii editio, vbi segmenta in ordinem alphab. digesta, sed etiam numeris distincta sunt.
A. = Alardi editio.
Cor. = Cornarii editio.
R. = Rantzovii editio, quae in segmenta distributa est, quibus nos numeros adscripsimus.

B.		V.	C.	P.	A.	Cor.	R.
	Prologus v. 1 – 23. —	—	1	—	-	—	—
1	de adamante. v. 24 – 49. —	1	2	1	1	1	1
2	de achate. v. 50 – 73. —	2	3	2	2	2	2
3	de alectorio. v. 74 – 91. —	3	4	3	3	3	3
4	de jaspide. v. 92 – 102. —	5	6	39	5	4	4
5	de sapphiro. v. 103 – 128. —	6	7	53	6	5	5
6	de chalcedonio. v. 129 – 133. —	7	8	21	7	6	13
7	de smaragdo. v. 134 – 161. —	8	9	54	8	7	14
8	de sardonyche. v. 162 – 173. —	11	13	56	11	8	15
9	de onyche. v. 174 – 183. —	12	14	46	12	9	16
10	de sardio. v. 184 – 189. —	10	12	55	10	10	17
11	de chrysolitho. v. 190 – 197. —	13	15	11	13	11	18
12	de beryllo. v. 198 – 209. —	14	16	9	14	12	6
13	de topazio. v. 210 – 218. —	15	17	59	15	13	7
14	de hyacintho. v. 219 – 240. —	16	18	38	17	15	9
15	de chrysopraso. v. 241 – 245. —	-	10	12	16	14	8
16	de amethysto. v. 246 – 254. —	17	19	4	18	16	10
17	de chelidonio. v. 255 – 273. —	18	20	14	19	17	11
18	de gagate. v. 274 – 289. —	19	21	29	20	18	12
19	de magnete. v. 290 – 319. —	20	22	43	21	19	24
20	de corallo. v. 320 – 337. —	21	23	20	22	20	25
21	de alabandina. v. 338 – 340. —	—	24	8	23	21	26
22	de corneolo. v. 341 – 349. —	—	25	15	24	22	27
23	de carbunculo. v. 350 – 357. —	—	26	10	25	23	28
24	de lyncurio. v. 358 – 368. —	—	27	41	26	24	29
25	de aetite. v. 369 – 391. —	—	28	27	27	25	19
26	de selenite. v. 392 – 403. —	—	29	57	28	31	20
27	de gagathromeo. v. 404 – 409. —	22	30	30	29	26	21
28	de ceraunio. v. 410 – 428. —	23	31	22	30	27	22

Digitized by Google

B		V.	C.	P.	A.	Cor.	R.
29	de heliotropio. v. 429 - 449. —	24	49	34	31	28	23
30	de geranite. v. 450 - 461. —	4	5	32	4	30	30
31	de hephaeſtite. v. 462 - 475. —	25	50	35	32	32	31
32	de haematite. v. 476 - 495. —	26	51	36	33	33	32
33	de asbeſto. v. 496 - 501. —	27	52	7	34	34	33
34	de peanite. v. 502 - 506. —	28	53	51	35	36	34
35	de ſagda. v. 507 - 515. —	29	54	58	36	35	35
36	de medo. v. 516 - 534. —	30	55	45	37	37	36
37	de chalazia. v. 535 - 538. —	31	56	17	38	38	37
38	de hexacontalitho. v. 539 - 543.	32	57	37	39	39	38
39	de chelonite. v. 544 - 555. —	33	58	19	40	29	39
40	de praſio. v. 556 - 560. —	34	59	52	41	40	40
41	de cryſtallo. v. 561 - 572. —	35	60	23	42	41	41
42	de galactite. v. 573 - 589. —	36	61	31	43	42	42
43	de orite. v. 590 - 601. —	37	32	47	44	43	43
44	de hyaenia. v. 602 - 606. —	38	33	33	45	44	44
45	de lyparaea. v. 607 - 612. —	39	34	42	46	45	45
46	de enhydro. v. 613 - 620. —	40	35	28	47	46	46
47	de iri. v. 621 - 626. —	41	36	40	48	47	47
48	de androdamanta. v. 627 - 632. —	42	37	5	49	48	48
49	de ophthalmio. v. 633 - 637. —	43	38	48	50	49	49
50	de margaritis. v. 638 - 658. —	44	39	61	51	50	50
51	de panthero. v. 659 - 669. —	45	40	49	52	51	51
52	de apſycto. v. 670 - 674. —	46	41	6	53	52	52
53	de chalcophono. v. 675 - 679. —	47	42	16	54	53	53
54	de molochite. v. 680 - 685. —	48	43	44	55	54	54
55	de tecolitho. v. 686 - 690. —	49	44	60	56	55	55
56	de pyrite. v. 691 - 694. —	50	45	50	57	56	56
57	de diadocho. v. 695 - 701. —	51	46	24	58	57	57
58	de dionyſia. v. 702 - 707. —	52	47	25	59	58	58
59	de chryſolectro. v. 708 - 713. —	33	48	17	60	59	59
60	de chryſopraſio. v. 714 - 719. —	9	11	13	9	60	60
61	de annulo et gemma. v. 720 - 735.	54		—	61	61	—
	epilogus. v. 736 - 742.						

DEDICA-

Digitized by Google

DEDICATIONES ET PRAEFATIONES.

I.

CYSPINIANVS *Lectori.*

Si Varronis, Celii, Galbae, Mutiani, Cor. Nepotis, Pisonis, Fabii Tuberonis, Fabiani Catonis monumenta extarent, vt interim Graecos omittam, qui de gemmis ac lapidibus scriptitarunt, superuacuum esset hunc prodire libellum in publicum. Nam et Theophrasti liber de lapidibus ad nos lacer peruenit. Et Nicander a plerisque ob difficultatem negligitur. Sed et Diis lacte supplicamus et mola salsa litamus, vt ille ait, quum thura non habemus. Idcirco hunc amicis libellum amplectere brachiis, candide lector. Quodsi obscura quaedam tibi videbuntur, quaedam obstrusa, si Viennae es; non pudeat te Gymnasium nostrum publicum subire, atque ea excerpere quae quotidie haud negligenter dictamus: nulla enim tibi verecundia inde accedet, si non erit ingens aliqua vtilitas. Si abes: expecta donec nostri egredientur Commentarioli. Interea Plinium et eius metaphrasten Solinum, Dioscoridem, Galenum, Avicennam, Serapionem et Albertum: hic digito tibi signatos perlustrato et gemmarum tibi patescent vires. Vale.

Digitized by Google

IOANNES CVSPINIANVS AVGVSTINO MORAVO *Olomucenſi et Brunnenſi praepoſito, Regis Hungarorum et Bohemorum ſecretario S. P. D.*

Redeunti nuper mihi iſtinc ex legatione, vir ampliſſime atque optime, cum me ſtrena Saturnalitia et pulcherrima, ſimul et artificioſiſſima donaſſes, illud Graecanicum Antipelargin ſuccurrebat. Et tritum hoc Adagium: fricantem refrica: ne tibi viderer oppido quam ingratus atque ideo fierem exoſus. Carthaceum itaque ingreſſus Gazophylacium: omnem meam ſupellectilem euolui haud incurioſe, ſingula quaeque examuſſim librando, atque examinando paulo diligentius. Faſtidioſum enim habes ſtomachum qui quotidiano non oblectatur cibo, ac triuiales aſpernatur dapes. Quae namque omnibus pertrita ac vulgaria ſunt, ne gry quidem aeſtimas, vt Graeci dicunt, ſed perinde vt floccos veſtium facis. Et id iure quidem. Quis enim te vno Bibliothecam habet variis, rarioribus, melioribusque libris in omni litterarum genere refertiorem. Taceo antiquitates inſignes, obmitto Caeſarum Conſulumque ac regum vetuſtiſſima nomismata, quibus apud noſtrates nemo eſt te ditior. Cum ergo aliquem pro ſtomacho tuo quaererem libellulum (nam aliud nil referam tibi Glauci ac Diomedis permutatione vſus), qui rarior noſtris eſſet minimeque ſpernendus etiam ſciolis: ne periret hactenus tinea corroſus et mille vulneribus perfoſſus: libellus de lapidibus primum ſeſe obtulit: qui *Marbodaei Galli* eſſe circumfertur, licet *Hermolaus Bar.* Auctor obſcurum appellet atque ignotum: popularibus autem a prima forte primi capitis dictione Evax nominetur. Hunc vt potui, pro virili reficiebam atque redintegrabam, ſanatis plerisque vulneribus, quibus contemptibilis multis viſus eſt, tuoque nomine

nomine emiſſum publicaui ſignum obſeruantiae in te meae: dignum exiſtimans, vt te duce prodeat in lucem qui lapides prodat praecioſiores — — cet.

II.

D. VDALRICO WIRTNER, *patricio et ſenatorii ordinis, primati integerrimo, artiumque optimarum magiſtro celebri,* PICTORIVS *apud nobile Briſacogeae Friburgum ſcholaſticae iuuentutis moderator. S. D.*

Venit nuper ad manus noſtras, integerrime vir, Marbodei Galli de lapidibus pretioſis Enchiridion, antiquitatis gemma quaedam, hactenus paucis admodum obuia, praeſertim cum tam diu in librorum noſtri alicuius amici ſingularis, puluerulenta delituiſſet ſuppellectile, ſed cum ex nominis vetuſtate velut illectamento, tum etiam ex verborum lenocinio minime infelicis et ad phraſin certe frugaliſſimi poetae tangerer, libuit ſcholiis ex auctorum poenu adnotatis hunc, muſis vtcunque iuuantibus, ad vberiorem intellectum illuſtrare, illuſtratum in publicum edere: non tamen niſi tutore quem pupillis addere conſentaneum eſt adhibito, ad omnem videlicet impetuoſum columniatoris flatum inſtructum. — — — Valeto ac Pictorii tui clientuli immemor ſis nunquam. Datum Friburgi anno virginei partus ſesquimilleſimo triceſimo.

PICTORIVS *lectori candido S. D.*

Habes hic in Marbodei Galli poetae vetuſtiſſimi Enchiridion annotationes, a nobis triuiali admodum ſtilo congeſtas, praeſertim cum plus interpretationi quam verborum elegantiae hic ſtuduerimus, ad omnia fere auctorum rationibus adiunctis, Plinium ſequuti.

Digitized by Google

qui ingenue fatetur vbique per quos ſua compoſuerit, tacite innuens, eum improbe facere, qui in alieno libro per ſe ingenioſus eſſe ſtudeat. Veniam igitur dabis, candide lector, ſi quid vsquam hic peccatum ſit, rabiem furibundam in nos cohibiturus.

Prooemium.

Vetuſtum ſane inſtitutum, vt poetam interpretaturus, illius nominis et vitae mentionem faciat. Deinde libri titulum, carminis qualitatem, librorum numerum, et poetae intentionem enarret. Poetae igitur nomen eſt Marbodaeus Gallus. Nam ſic noſtri exemplaris initium habuit. At de vita illius multa ſcribere ambiguum eſt, quia vel propter materiam in eo contentam, vel temporum vetuſtatem, neglectus ita latuit, vt vix tandem in noſtri ſeculi commodum prodierit, tametſi non dubito eum a doctiſſimis ad limam rectiorem eſſe politum, etiam noſtris temporibus. Quoniam illius poetae verſus crebro apud Vincentium in ſpeculo naturali, et apud Bartholomaeum Anglicum lib. 16. *) citatos inuenio. Non tamen bene admodum ſonantes, et ad poeticas regulas emendatos, vt hi ſunt: qui quidem Enchiridion hoc lapidarium ſaepiuscule appellitant. Cui cordi eſt verum perſcrutari, tale ſpeculum lib. 9. fere ſingulis capitibus euoluat, et in multis Anglicum, qui vt ſuas rerum proprietates auctoritate roboret, frequenter citat hoc manuale.

Libello

*) Bartholomaeus Glaunvile ſ. Glanvil, cognomine Anglicus, conſcripſit librum de proprietatibus rerum, cuius variae editiones iam oppido rarae recenſentur a Fabricio in *biblioth. medii aeui* I. p. 479. et ab Hallero in *biblioth. botan.* I. p. 231. Vtor exemplo edito Argentinae 1491. fol. quod cum antiquioribus habet bibliotheca academiae noſtrae. *B.*

Digitized by Google

Libello nomen enchiridion, quod pugionem aut manuariam tabellam, teſte A. Gellio lib. 20. vocant, inditum reperi.

Carminis qualitas eſt, non grandiloqua neque ſublimis. Nam de lapidibus ſcripſiſſe humili genere, vniformi, et puro heroico ſatis eſſe quis inficias iret?

Vnicus eſt liber poetae animum et beneuolentiam in amicos referens, quem tribus vt multis communicaturum ſe oſtendit in praefatione ſua, propter frugem et commodum, quae omnia ex hoc Enchiridio venari licet. Quoniam multos in ſe contentos habet lapides, quibus ſi rite vtaris, facile omnigenis morborum generibus medebere. Reliqua ex ſcholiis noſtris colligas.

III.

Reuerentiſſimo in Chriſto patri, et eidem principi illuſtriſſ. ſummoque religionis aſſertori, D. GEORGIO HAECMONDENSI, *epiſcopo Trajectenſi,* ALARDVS *Aemſtelredamus S. D.*

Inter tot inſignia donoria, quibus vndique cumulatiſſime aucta eſt donataque regia illa Hollandiae Haecmunda *), praeſul ampliſſime, non alia res mihi

*) Haecmunda, Hecmunda olim erat nomen eius pagi, qui hodie plerumque Egmunda ſ. Egmont vocatur, in Hollandia ſeptemtrionali prope oceanum, olim comitatus titulo inſignis, vnde antiquiſſima gens Egmondana nomen traxit. Fuit ibi et arx, quam comites incolebant, et coenobium et abbatia Benedictinorum ditiſſima, quam Alardus *regiam* vocat, more veterum, qui baſilicam et epiſcopi palatium ſic vocare ſolebant. Habuit iſtud coenobium bibliothecam ditiſſimam, quam

 auctor

Digitized by Google

mihi semper impensius arrisit, quam quod D. Egbertus Theodorici secundi Hollandiae comitis, optimi patris optimus filius, primum subitas fundatissimae Haecmundensium familiae ruinas de integro instauravit. Deinde bibliothecam absumptam incendio impensissime reparandam curauit. Ad extremum apud Treviros archiepiscopus, eam optimis quibusque autoribus, tum sacris, tum profanis egregie instruxit. Quam nimirum bibliothecam cum superioribus annis diligenter excuterem accurateque lustrarem, vt scholiis meis in opus d. Augustini de doctrina Christiana non nihil adiectionis adiungerem, atque perquisitius inuestigarem, ecquid esset, quod faceret ad cognitionem lapidum pretiosorum, quorum frequens admodum mentio fit in arcanis litteris; incidi in libellum Marbodaei Gálli de lapid. pret. perpusillum quidem, sed rei medicae sacrarumque litterarum studiosis mire vtilem et lectu non iniucundum, nempe in quo lector habeat, quod expendat, non quod numeret. Non enim potest esse delectus, vbi numero laboratur. — — — Proinde libellus hic non erit in postremis habendus cum ob multa alia, tum certe inprimis ob tabulam auream, vndecunque pretiosis lapidibus eminus intermicantem pariter et irradiantem. Nam etsi multa sint Haecmundae antiquitatum monumenta, tamen hoc e multis vnum est maximum, possetque fortasse (vt absit inuidia verbo) non pessime vocari octauum orbis miraculum. — — Vale. Coloniae pridie Epiphaniae dominicae. Anno 1539.

ALARDVS

auctor merito collaudat, sed quae paulo post tota distracta atque penitus deleta est. Gens etiam ipsa Egmondana tota iam interiit. Georgius Haecmundensis, cui auctor librum suum dedicauit, fuit episcopus Trajectensis penultimus, mortuus 1559. *B.*

Digitized by Google

ALARDVS AEMSTELREDAMVS *lectori.*

— — — Libellum hunc multis vndique oppreſſum liturís nihil aut fere nihil adiutus veterum praeſidio exemplariorum, ſed factis duntaxat coniecturis ex Plinio ac Solino, quos videtur mihi non infeliciter aemulatus eſſe Marbodaeus, a nobis accurate recognitum, et additis ſcholiis vtcunque illuſtratum, curauimus excudendum. — — Ad extremum qua cauſſa, quoue caſu acciderit, equidem neſcio; illud ſcio in Marbodaeo per Pictorium Villingenſem prodito, cum ſaepe alias, tum in Galactite lapide non poſſe non inuerſum eſſe ordinem, eumque lapidem coniuncte ſtatimque ſequi debere Cryſtallum, argumento, quod poſtea vltimus de cryſtallo verſus ſic habeat:

Quo potu credunt implerier vbera lacte.

Mox in exemplari quo nos ſumus vſi Haecmundenſi ſubiicitur:

Nec minus et cineri ſimilem Galactida dicunt,
Cum mulſo tritum lac multiplicare bibenti.

Ecquis non hanc malit lectionem, quam eam, quam affert Pictorius?

Hunc lapidem cineri ſimilem Galactida dicunt etc.

Quamquam quid attinebat vnum hoc referre, cum huius farinae loca nusquam non ſunt obuia? Bene valebis, ac illud ſcias velim, lector, in exemplari Villingenſi non parum multa etiamnum deſiderari; nempe principio legitimum totius operis ordinem, cum epiſtolis duabus, et verſibus plus minus octodecim. Deinde octoginta, aut fere octoginta alios verſus Marbodaei aut alterius, quibus nos impertitus eſt Ioannes Nouiomagus, vir non tantum Graece literatus, ſed et in mathematicis probe verſatus. Ad extremum non parum multa alia, quae inter confe-

Digitized by Google

rendum facile cognoris. Quae ad vnum omnia huic adſcripta libello deprehendere eſt, vt omittamus innumera, quae ſuſtulimus errata. Verum de iis aliorum eſto iudicium.

IV.

Beaugendre *in praemonitione pag.* 1379.

Inter caetera Marbodi opuſcula, magno ſemper apud literatos in pretio fuit liber de ſexaginta gemmis ſeu lapillis, qui cum caeteris in editione Redonenſi ſub eius nomine prodiit 1524. — — Hunc vero in manuſcriptis, quos nobis videre licuit, ita vniformiter Marbodo Andegavenſi epiſcopo tributum vidimus, vt non mediocriter mirati ſimus, eruditiſſimum Morerium alium Marbodum, nec epiſcopum, nec Andegavenſem, ſed ciuem Cenomanenſem libri illius auctorem deſignaſſe. Cum vero id ſine probatione aſſeruerit, manuſcriptorum fidei, et veteri editioni nobis adhaerendum fuiſſe duximus, praeſertim vero manuſcripto inſigni Sancti Victoris coaeuo, aut fere coaeuo, qui illum diſerte epiſcopo Andegavenſi tribuit, et vbi non ſolum latinus textus legitur, ſed etiam eius Gallica interpretatio, vt plurimum quaſi de verſu ad verſum, ſed illo antiquo Gallico idiomate, quod tunc apud maiores noſtros erat in vſu, et cui etiam ſubiicitur eiusdem Marbodi ingenioſa cuiusque lapidis et virtutis eius ad mores applicatio, quam in hoc ſolo Victorino manuſcripto, nec vsquam in vllo alio vidimus. Et quidem huius interpretationis primos tantum verſus, quaſi ad illius aeui idiomatis ſpecimen edere nobis mens fuerat; verum plurium antiquitatis ſtudioſorum conſilio moti, illam

Digitized by Google

illam ex integro e regione repraesentandam censuimus, quam ipsi velut authenticum antiquae, licet obsoletae, locutionis monumentum posteritati consignandum existimauerunt.

Monitum BEAUGENDRI *pag.* 1635.

Hunc librum excusum Redonis anno 1524 inter caetera Marbodi opuscula, legitimum eius esse foetum didicimus e msptis Colbertinis 4181 et 6609. et e Victorino Parisiensi, n. 905. in quo et traductio Gallica veteri idiomate, eiusdem manu qua originale ipsum, exscripta cernitur. De hoc autem ita Bollandus 4. Februarii *) loquitur: (poema de gemmis et lapidibus, auctore *Marbodaeo*, seu *Marboldo*, ita nomen varie scribitur, saepius excusum tradit in Bibliotheca Gesnerus, citarique aliquando a Vincentio et Alberto, aliisque huiusmodi auctoribus, sub *Liliarii*, vel *Lapidarii*, interdum etiam sub *Evacis* nomine, non quod Evax fuerit cognominatus, vt afferunt Balaeus et Pitsaeus aliique, sed ob exordium ipsius poematis, quod tale est:

Evax Arabum dicitur scripsisse Neroni.)

Porro ad caput Victorini, qui nobis caeteris antiquior apparuit, vtpote sexcentorum ad minus annorum, scriptum legimus, sed manu longe recentiori: (auctor huius libri est Marbodus Redonensis episcopus, qui ante episcopatum litteras humaniores docebat Andegavi, et tandem ob singularem doctrinam in Episcopum Redonensem assumptus est. Florebat

*) Acta sanctorum. Febr. pag. 482. E. *B.*

Digitized by Google

rebat iuxta Trithemii ſupputationem, anno domini 1060.) Hoc autem poema recenſuimus ad Mſſ. codices S. Victoris Pariſienſis, n. 905. et ad Turonenſem Maioris - Monaſterii, licet mancum ſub finem, et ad primam editionem Redonenſem anni 1524. et etiam ad recentem 1695. Lugduni Batav. curis Abrahami Gorlaei, cum ſcholiis I. Gronovii.

Vario autem in variis titulo inſignitur, ſed ad idem recidente. In Victorino ſiquidem ſic intitulatur: *Incipit liber lapidum*, quem titulum, vtpote antiquiorem, retinuimus. In editione Redonenſi: *Incipit liber Marbodi de lapidibus ſexaginta.* Turonenſis ſub finem mancus et imperfectus: *Libellus Domini Hildeberti Cenomanenſis epiſcopi*, (hoc autem, vt ex omnibus aliis patet, omnino mendoſe,) *de diuerſis naturis lapidum.* De hoc autem libro Petrus Diaconus, lib. de viris illuſtribus Caſſinenſibus, ſuas ipſe lucubrationes enumerans, cap. 47. et vltimo ſic ait: *Librum Hevax regis Arabum de lapidibus tranſtulit.* Pro variis autem lectionibus in margine notatis, aduertat lector litteram *V.* ſignificare Victorinum Mſ., literam *T.* Turonenſem, *R.* Redonenſem editionem, *G.* Gorlaeianam, *M.* poſt *G.* notulam marginalem Gorlaeianae editionis *), ad cuius finem inueniuntur duae epiſtolae Evacis regis Arabum ad Tiberium imperatorem, quae quaſi praefationis vicem ad ipſum librum de gemmis praeſtant; quas licet vnde illas eruerit Gorlaeus non indicet **), illas tamen, ne quid

*) Variantes lectiones accepit Gorlaeus ab Alardo. *B.*

**) Gorlaeus hosce verſus habuit ab Alardo, qui illos e codice mſpto eruit. *B.*

Digitized by Google

quid deſit, illi attexendas cenſuimus, ſicut et verſus ſequentes, quos aſſerit nunquam editos fuiſſe. Ad traductionem quod attinet, mens quidem primo fuerat primos tantum illius verſus veteris Gallici ſermonis, quaſi in ſpecimen referre; verum plures eruditi et antiquitatis ſtudioſi, ſatius putarunt, ſi hoc antiquitatis monimentum non ſpernendum, ad lectorum vtilitatem et oblectamentum, ex integro, prout iacet, excudendum curaremus. Quorum iudicio refragari non auſi ſumus, cum praecipue non niſi rariſſimae, vt ipſis viſum eſt, habeantur vndecimi, aut etiam duodecimi ſaeculi veteri illo Gallico idiomate lucubrationes, et haec poematis huius Gallica verſio felix adeo fuerit, vt in plerisque illius articulis, quaſi de verſu ad verſum, fideliter gallice reddita fuerint quae latine tradita fuerant.

COMPEN-

Digitized by Google

COMPENDIA NOMINVM

QVIBVS VSVS SVM IN VARIETATE LECTIONIS INDICANDA.

A. = Alardi editio.
A. m. = Alardus in margine ſuae editionis.
Ald. = Aldrovandi muſeum metallicum, vbi complura ſegmenta noſtri libelli leguntur.
B. = Beaugendre, cuius editio optima eſt.
B. m. = Beaugendre in margine.
Bel. = Vincentii Bellovacenſis ſpeculum naturale, vbi magna pars noſtri libri inſerta legitur.
Cor. = Cornarii editio.
Cuſ. = Cuſpiniani editio princeps.
P. = Pictorii editio.
R. = Redonenſis editio, cuius lectiones excerpſit Beaugendre.
Rz. = Rantzovii editiones.
T. = Turonenſis codex mſptus, quo vſus eſt Beaugendre.
V. = Victorinus codex mſptus, quo vſus eſt Beaugendre.
Vin. = Vindobonenſis codex mſptus, quem contulit cel. I. D. Ribini.

EMENDANDA.

Pag. 14. B. lin. 27. pro *tubulae* lege *tabulae*.
— 24. A. lin. 24. lege *achatas*.
— 27. A. lin. 5. lege *pyritae*.
— 42. B. lin. antepen. lege 274.
— 56. B. lin. 6. lege *achatae*.
— 68. A. lin. 8. lege *achatas*.
— 70. A. lin. 6. pro *vis* lege *vir*.

SALVTEM

Digitized by Google

SALVTEM DICIT TIBERIO EVAX.

Desideranti tibi scribi a me mysteria omnium lapidum, [1]) quae generi humano ea sapienti prodesse videantur, negandum tibi non fuit. Tu itaque custodi summa diligentia mysterium summi altissimique dei. Hoc enim mysterium [2]) caeteris genti-

1) *Quod generi humano ea prodesse sapientibus videbatur.* Alardus in margine. *quanta generi humano ea sapienti prodesse videantur.* Cod. Vindob. 2) *neque ceteris Aegyptiis litteratis, neque allophilis tradideris, alitue cuiquam, ne ad sterilitatem* — Vin.

Euacis nomen apud veteres non reperitur, nisi apud Plinium lib. 25. cap. 2. vbi medici Graeci recensentur: *ex his (Euax rex Arabum, qui de simplicium effectibus ad Neronem scripsit), Crateuas.* — Sic in antiquis ac optimis editionibus. Attamen SALMASIVS in praefatione ad *Homonyma hyles iatricae* p. 15. et HARDVINVS p. 388. negant, ista verba, vncinis quae inclusimus, in codicibus mstptis inueniri, etsi vnde ea huc irrepserint, coniicere haud in promptu sit. Neque habuit ista verba codex mstptus, quem possedit CORNARIVS, qui eius ad hunc locum Marbodi meminit. Desideratur etiam Euacis nomen in indice auctorum, quibus vsus est Plinius. Errauit vero LESSINGIVS commemorans, HARDVINVM putasse, e Marbodi carmine verba ista in Plinii locum irrepsisse, quod ille ne somniauit quidem. Neque liber, vnde hausit Marbodus, *de simplicium effectibus*, sed *de lapidibus* inscribebatur, quam ob causam

 prorsus

gentibus incognitum, Aegyptiis vero cognitum, neque ἀλλοφύλοις neque aliis hoſtibus tradideris, ne vnquam ad ſterilitatem huius ſcientiae deueniat Aegyptus, et ne eadem per aliquem concremata, incendio

proꝛſus alius fuerit, neceſſe eſt. Sed cum LESSINGIO omnino conſentio, habuiſſe Marbodum vere librum vetuſtum, qui ab Euace ſcriptus credebatur, e quo ſuum contexuit. Sunt etiam auctores, qui eodem ſe vſos eſſe dictitent, ex. gr. auctor libri ſummae raritatis, qui *Lumen animae* inſcribitur, cuius auctor in prologo, vbi varios libros, e quibus excerpſit, laudat, etiam Euacis librum de ſigillis lapidum, ſicut et complures alios libros hodie ignotos, commemorat. *In deleto ſcdo*, inquit, *reperti ſunt libri quodam tradente Iudaeo.* Notis compendiariis adeo perplexis et obſoletis expreſſus eſt iſte liber, vt admodum difficulter legatur. Neque ego ſolus ſum, quem verborum iſtorum ſenſus fugiat. GÖTZE, qui in *Merkwürdigkeiten der Bibliothek zu Dresden.* III, 1. pag. 459. eius libri notitiam dedit, ea ſic reddidit: *In deleto ſecundo.* —. At quidnam eſt iſtuc? non enim intelligo. RASPE in *Critical eſſay on oil-painting.* London 1781. 4. p. 139. vbi de Lumine animae diſſerit, auctorem commemoraſſe perhibet, ſibi libros, repertos Toledi in Hiſpania, tradidiſſe Iudaeum quendam; ego vero qua ratione haec ex illis verbis efficiantur, non intelligo. Nominat Euacem etiam Albertus Magnus *de mineralibus* lib. 2. tract. 3. cap. 14. et paſſim; ſaepius Euacis lapidarium laudauit Matthaeus Syluaticus in *Pandectis medicis.* Turini 1526. fol. ſed omnia, quae ab Euace hi acceperunt, quamquam totos libros non peruolutauerim, nec in noſtro Marbodi carmine deſunt, etſi ipſa eius verba non exceperint. Huc etiam pertinent verſus Henrici Mediolanenſis in carmine *de controuerſia hominis et fortunae.* 2. v. 521.

Ipſe Celidonius gratos hominesque diſertos,
Ipſe rubens Euax vt tulit, eſſe facit.

Equidem haec mecum conſiderans dubito, num Farinator, cui *Lumen animae* debetur, Albertus M. Syluaticus atque reliqui, qui de Euace loquuntur, eius librum

Digitized by Google

cendio conflagretur, aut immiſſis in Aegyptum regibus [3]) ſeruos efficiat omnes Aegyptiis dominantes. Hic enim aliis traditus non eſt, [4]) et ne alii in ſua poteſtate detineant, perpetua cuſtodia [5]) habeatur. Iuro autem tibi per ſummum [6]) deum, quod [7]) parem melioremue librum Aegyptus non habet. Cuius iurationis teſtis eſt [8]) ſummus deus. Mittam enim tibi [9]) bonum ſcilicet nomen, per quod genus noſcetur. Igitur perpetualiter cuſtodiatur [10]) in nobis. Praeſtat enim multum in omnibus actionibus per ſingulas hierarchias, quas Graeci vocant omnium lapidum. Vale.

EVAX

3) *ſeueros faciat omnes dominantes.* Vin. 4) *et deeſt* in codice Vindob. 5) *habeant.* Vind. 6) *per ſummum patrem deum.* Vind. 7) *quod melierem librum.* Vind. 8) *ſummus* deeſt in Vind. 9) *ſolum bonum nomen per quod ſignificetur.* Vind. 10) *a nobis.* Vind.

librum ipſum habuerint, an Marbodi carmen, quod olim Euacis nomine appellabatur. Certe omnes multo poſt Marbodum ſcripſerunt. Fuerunt denique qui ipſi Marbodo *Euacis* cognomen tribuerint, ſicut fecerunt Balaevs, Pitsevs et Reinesivs, qui in *defenſione variarum lectionum* pag. 75. ſuſpicatus eſt, Marbodo cognomen ſuum occaſionem praebuiſſe, ſe pro Euacis interprete gerendi. Verum enim vero ab exordio carminis nomen illud temere inditum eſt auctori. Neque dubito, quin codices manuſcripti, qui ſub Euacis nomine hodie in bibliothecis deliteſcunt, idem habeant carmen, in quo edendo horas ſubficiuas iam conſumimus. Talis codex extare fertur, inquit Conr. Gesnervs in *Biblioth.* p. 187. Ferrariae apud Petrum Bonum, et carmine elegiaco translatus Viennae apud Wolfgangum Lazium. Conf. Tiraquellus *de vrb.* cap. 31. p. 194. At codex ſaltem, quem poſſedit Lazius, etſi elegiacum carmen dicatur, tamen idem eſt, e quo vir clariſſ. Ribini mihi variantes lectiones miſit. In prima enim codicis pergameni pagina adſcripſit bibliothecarius quidam: *Euacis regis Arabum de lapidibus et*

Digitized by Google

EVAX
TIBERIO IMPERATORI SALVTEM.

Magnifica tua dona accepi, per centurionem [11]) Lucinium Frontonem nomine, quem dignatus es mittere ad me. Et ego tibi inuicem misi quod-

11) *Lucinum.* Vind.

gemmis libellus carmine hexametro scriptus ad imp. Tiberium Neronem. Ex bibliotheca Wolfgangi Lazii in bibliothecam caesaream translatus, nec dum typis euulgatus, de quo mentionem facit Bibliotheca Gesneriana et Hieron. Cardanus lib. 17. cap. 98. *de rerum varietate.*

LESSINGIVS in *Kollektaneen* I. pag. 227. censet, Euacem fuisse vnum e magis, quos secum Romam adduxerat Tiridates, eumque librum suum, non Tiberio, sed Neroni Claudio scripsisse, quo nemo vnquam auidius arti magicae fauit, teste Plinio lib. 30. sect. 5. et 6. Marbodum autem temere suppositum Tiberium Neronem in locum Neronis Claudii, quoniam, sic putat LESSINGIVS, Marbodus adduci non potuit, vt crederet, hunc Neronem omnibus flagitiis contaminatum optasse libros atque legisse, id quod in Tiberium potius conuenire existimauit. Peruulgata erat etiam aetate Neronis Claudii magorum infanda vanitas, de gemmis medicinam promittens, quod Plinius lib. 37. sect. 14. exemplis abunde probauit. Neque obstat regis nomen, quo minus magum credamus Euacem, cum memoriae traditum est, magos interdum reges esse dictos. *Magos fere reges habuit oriens*, inquit Tertullianus lib. 3. *adv. Marcian.* Atque vetusta est persuasio vulgi, magos qui Christum adorarunt, fuisse reges. Neque reticere volo, quod iam in memoriam occurrit, etsi non magni momenti esse videatur. Magi fuere sacerdotes, atqui etiam Romae erat *rex* sacrificus vel sacrorum.

Quod reliquum est, cum rex Arabiae dicitur Evax, quaerendum porro est, magi fuerintne quoque in Arabia.

Digitized by Google

quodcunque carius per [12]) terram in Orientis partibus de omnibus lapidibus [13]) remediorum nomen exiſtit. Vale.

12) *terras.* Vind. 13) *remediisque.* Vind.

Arabia. Fuit ſaltem haec iam Iuſtini, Epiphanii, Tertulliani aliorumque opinio, magos Chriſtum adorantes veniſſe ex Arabia, etſi plurimi viri docti cum Chryſoſtomo Perſarum magos eos credant. Qua de re diſputare meum non eſt; mihi quidem ad probandum ſatis videtur, non dubitaſſe iſſos, quin fuerint in Arabia magi. Accedit praeterea auctoritas Plinii, qui lib. 25. cap. 2. ſect. 5. p. 360. non ſolum Perſidis, ſed Arabiae quoque et Aethiopiae Aegyptique magos commemorauit. Niſi quae me forte fugiunt, hae ſunt fere omnium de Euace ſententiae.

Digitized by Google

PROLOGVS.

Euax rex Arabum legitur ſcripſiſſe Neroni,
Qui poſt Auguſtum regnauit in vrbe ſecundus,
Quot ſpecies lapidum, quae nomina, quiue colores,
Quae ſit his regio, vel quanta potentia cuique.
Hoc opus excipiens dignum componere duxi
Aptum geſtanti forma breuiore libellum,
Qui niſi praecipuis, paucisque pateret amicis;
Nam maieſtatem minuit qui myſtica vulgat,
Nec ſecreta manent, quorum ſit conſcia turba.
Hunc

1. *Ovax* T. ſed mendoſe. *fertur* A. m. Cuſ. Cor. Pic. *legunt* Vin. 3. *Quod* Vin. *lapidis* Cuſ. P. 4. *Quaeque ſit* A. m. Cuſ. P. *Quaeue ſit* Vin. *Quae ſit et his regio* Cor. *iis* pro *his* Rz. 5. *Hic* pro *hoc* R. *excerpens* P. A. Vind. Cor. 6. *geſtari* Rz. 7. Sic Rz. *Qui mihi praecipue, pancis pateret amicis.* B. *mihi praecipuis paucisque* Vin. *praecipue pancisque* A. P. 9. *Sit* pro *ſit* Cuſ. A.

3. Gemmae ac vniones ſaepe dicuntur *lapides*. Sic *clari lapides* apud Horat. *carm.* 4. 13. 14. De vnionibus exempla congeſſit diligentia Broukhuſii ad Tibull. 1, 9, 39. p. 170. Quamquam iurisconſulti inter gemmas et lapillos et margaritas agnoverunt diſcrimen, quippe qui eo diſtinguebant, quod gemmae eſſent pellucidae materiae, lapilli autem contrariae naturae, et margaritae eſſent partes conchae. Sic *Digeſtor.* lib. 34. tit. 2. *de auro argento* §. 19, 17, 18. Hac ratione diſtinguuntur lapilli et gemmae *Digeſtor.* lib. 1. tit. 8. *de diuiſ. rerum.* §. 3. et gemmae, lapilli ac margaritae *Digeſt.* lib. 41. tit. 2. *de adquiſit. poſſeſ.* §. 1. Eodem modo Arnobius *aduerſus gentes* Lib. 2. edit. Lugd. 1651. 4. p. 72. ait: *gemmas, lapillos, margaritas caſtitatis dispendio comparant.*

5. *Excipere verba loquentis* apud Cicer. *de orat.* 2, 273. Qui *excerpens* malunt, petant argumentum e fine huius carminis, vbi idem verbum recurrit.

6. *Aptum geſtari*, non male. Ita Ovidius *de ar. am.* I, 10. *aetas mollis, apta regi.*

Digitized by Google

Hunc tribus, vt multum, dandum ſancimus amicis.
Qui numerus ſacer eſt, et nos ſacra pandimus illis,
Qui ſecreta dei ſeruando decenter honorant,
Quos grauitas morum, vitae commendat honeſtas.
Occultas etenim lapidum cognoſcere vires,
Quarum cauſſa latens effectus dat manifeſtos,
Egregium quoddam volumus rarumque videri.
Scilicet hinc ſolers medicorum cura iuuatur,
Auxilio lapidum morbos expellere docta.
Nec minus inde dari certarum commoda rerum
Autores perhibent, quibus haec perſpecta feruntur.
Nec dubium cuiquam debet falſumque videri,
Quin ſua ſit gemmis diuinitus inſita virtus.
Ingens eſt herbis virtus data, maxima gemmis.

§. 1.

10. *Cum tribus* V. *Hinc tribuſ, haud multis dandum cenſemus amicis* Rz. *Hunc tribus, vt multis* P. 11. *Qui munus facis eſt, et nos facit.* B. m. 12. *ſeruanda* P. *honorent* Cuſ. P. Rz. Hic verſus deeſt in V. ſed adeſt in R. A. T. Rz. 13. *commendet* Cuſ. Rz. 14. *autem* pro *etenim* Bel. 15. *Quorum* Cuſ. Rz. 16. *quibdam* Vin. A. P. Cor. Rz. 17. *iuuat nos* Cor. *his* pro *hinc* Bel. 19. *uimis* pro *minus* Bel. *cunctarum* V. A. P. Rz. Vin. *reliquarum* Bel. 20. *perfecta* Bel. 21. *cuiuis* Bel. 22. *rebus* pro *gemmis* Rz. *virtus diuinitus inſita gemmis* Cor. Bel. 23. Hic verſus deeſt in Cuſ. Bel. P.

10. En eadem religio ſeu affectatio, qua chryſopoei non niſi paucis, iisque virtute praecellentibus arcana ſua elargiri volunt. *Vt multum*, ſic Plinius 15, 3. in fine: *tribus vt plurimum bonitatibus diſtat;* vbi tamen pro *plerumque* dictum videatur. Cicero eique aequales *plurimum* dicunt, vbi Graeci ἢ τὸ πλεῖσον, *zum höchſten, höchſtens.*

23. Attamen fuerunt iam olim ſapientiores, qui gemmarum vires negauerint ac ludibrio habuerint, quorum in numero fuit ſaeculo quarto imperator Conſtantinus, teſte Euſebio, cuius verba ab aliis praetermiſſa ſubiiciam: *Aurum et argentum, quae vulgo maxime expetuntur, genera lapidum, quae ſunt in admiratione, qualia ſunt natura, talia etiam ea eſſe conſiderat, hoc eſt, materiam plane inutilem, quippe quae nihil ad malorum curationem adferat adiumenti.* οὐδὲν πρὸς κακῶν ἀλέξημα οἷά τε ὄντα βοηθεῖν· *Ecquid enim iſta vel ad morbos*

§. 1.

De adamante.

Vltima praecipuum genus India fert adamantis, De

24. *Vltima praecipue genera Indiae sunt adamantis.* Bel.

bos sanandos; vel ad deuitandam mortem habent momenti? τί γὰρ ταῦτα πρὸς νόσων ἀπαλλαγὴν, ἢ θανάτου ἀποφυγὴν ἰσχώσι; Orat. de laudibus Constantini. cap. 5. ed. Valesii 1695. pag. 507.

24. Nouerunt certe veteres istos adamantes, quos mineralogi nostri veros appellant, de quo nemo dubitare potest, qui ea, quae de iis prodita sunt, colligere vult atque considerare. Sed argumentum, quod ad probandum Delisle aliique a crystallisatione a Plinio indicata trahunt, mihi quidem non satis firmum videtur. *Laterum*, inquit, *sexangulo laeuore turbinatus in mucronem; aut duabus contrariis partibus, vt si duo turbines latissimis suis partibus iungantur.* lib. 37. cap. 4. sect. 15. p. 773. Inde Solinus cap. 52. *in mucronem sexangulum vtrimque secus leuiter turbinatus.* Equidem confiteor, me dubitare, num Plinius cogitauerit octaedrum seu formam aluminarem, an potius eam, quam duae pyramides sexangulares latissimis suis partibus iunctae constituunt, cuiusmodi crystallisatio in adamantibus, quod scio, nunquam reperitur, (quibus aluminaris propria est), sed solis in crystallis montanis; quamquam in iis tam raro, vt fuerint qui eam prorsus negauerint. Horum in numero est Andreae in *Briefen aus der Schweitz* pag. 147. qui semper prisma sexangulare pyramidibus interiectum esse contendit. Sed adsunt exempla huius crystallisationis. Habuit talem Wallerius *Syst. min.* I. p. 218; habuerunt quoque Tessin ac Born. Conf. *museum Tessin.* p. 30. n. 7. von Born *index fossil.* I. p. 23. Caeterum nomen *adamas* non solum gemmam pretiosissimam significat, sed interdum etiam magnetem; sicut *aymant* significat et magnetem et adamantem. Ita vetus interpres Gallicus huius poematis adamantem vocauit *aymant*, sed magnetem *magnete*, qua de vocum singulari permutatione disseruit Menage in *Diction. etymol.* v. *Aimant* p. 13, vbi auctoritate nostri poetae vsus est.

Digitized by Google

De cryſtallorum natum ſumptumque metallis. 25
Hunc ita fulgentem cryſtallina reddit origo,
Vt ferruginei non diſinat eſſe coloris;

Cuius

25. *Ad chryſtallorum natum* Bel. *Quem cryſtallorum natum.* Rechenberg in diſſertat. de gemmis. 26. *Nunc ita fulgentem chryſtallorum* Bel. *imago* pro *origo* A. Cuſ.

25. Metalla ſunt loca, vbi non ſolum metalla, ſed etiam lapides effodiuntur, lapicidinae. Plinio *adamas auri modo in metallis repertus dicitur, — nec naſcens niſi in auro, praeter Indicum, non in auro naſcentem, ſed quadam cryſtalli cognatione.* Solinus: *in quodam cryſtalli genere inuenitur.* Matrix adamantis Indici ne nunc quidem ſatis explorata eſt. Poteſt tamen fieri, vt naſcatur inter cryſtallos, ſicut cryſtalli montanae non raro inter ſpata calcaria reperiuntur. Eſt mihi fruſtum, cui et topazii veri, et cryſtalli et quarza cryſtalliſata confertim inſident. Cryſtalli cognationem in adamante recte agnorunt veteres.

27. Ferrugineus color non vsquequaque eſt ille ex rubro et nigro mixtus, nec nigrioris ruboris, quaſi violacei, ſed ſaepe idem eſt, quem noſtrates vocare ſolent *hyalinum, klare Waſſerfarbe.* Voluit poeta hoc verſu reddere, quae acceperat a Plinio, qui, adamantis cognationem cum cryſtallo, eo probat, quod non differat colore translucido, quique adamantem Cyprium dicit vergentem in aërium colorem. Sic quoque Epiphanius *de gemmis* p. 11. b. ὁ λίθος ὁ ἀδάμας ἐμφερὴς ἐστι κατὰ τὴν χροιὰν τῷ ἀέρι. *Adamas colore ſimilis eſt aëri.* Idem pag. ſeq. ὃς ἦν ὁ δηλωθεὶς ἀδάμας, τὴν χροιὰν ἀερίζων. *Adamas colore aërem referens.* Vtor editione C. Gesneri, Tiguri 1566. 8. Plautus in milite IV, 4. 43: *Palliolum habes ferrugineum; nam is colos thalaſſicus eſt;* ad quae verba Nonius Marc. p. 792: *vere ferrugineus color eſt caeruleus.* Immo non prorſus caeruleus, ſed potius pellucidus, qui paululum ex caeruleo trahit, qualem in aqua limpida et in aëre puro animaduertimus. Sic Donatus auctor eſt, ferruginem aërii coloris eſſe. Igitur hoc vult poeta: adamantem, qui inter cryſtallos naſcitur, habere etiam ab hac cognatione vel origine colorem ſuum hyalinum. Ne quis autem miretur, nomen coloris ferrugi-

 nei

Cuius durities ſolidiſſima cedere neſcit,
Ferrum contemnens, nulloque domabilis igne.

Quae

29. *igni* Vin. Apud Pictor. poſt verſ. 29. ſequitur 31, quem excipit 30.

nei adeo immutatum eſſe, afferam eiusmodi exemplum noſtra ex lingua. *Ghele, geel,* quod noſtrates in dialecto *Platteutſch* dicta pro *gelb,* ſ. *luteo* dicunt, fuit olim *caeruleum,* quod conſtat e gloſſariis atque ex interpretatione Lutheri, vbi *gele Seide* legitur pro *himmelblaue.*

29. Plinius 37, 4. p. 773: *Incudibus ſic deprehenduntur, ita reſpuentes ictum, vt ferrum vtrimque diſſultet, incudesque etiam ipſae diſſiliant. Quippe duritia inenarrabilis eſt, ſimulque ignium victrix natura, et nunquam incaleſcens.* Solinus cap. 52: *Nec ferro vincuntur, nec igne domantur.* Paulo cautius Pſello pag. 6. vocatur κραταιὸς τε καὶ δύσθραυστος, *ſolidus et fractu difficilis.* Eadem Priſcianus in *periegeſ.* v. 1063:

Hic adamas fulget limphantia pectora ſanans,
Et prohibens miſeris occulti damna veneni;
Quem minime valeat ferrum ſuperare, nec ignis:
Frangitur hircino maceratus ſanguine tantum,
Sed tepido, fractis multis incudibus ante.
Hic iuxta poſitus magnetem viribus arcet
Occultis ferri raptu, vel tractibus ante
Admotum retrahit, defendens robore miro.
Hic lychnis lucem ſimulat ſplendore lucernae:
Hinc meruit nomen praeclaro lumine dignum.

Haec autem plena errorum ſunt omnia. Diſertus eſſe poſſem, ſi contra iſta dicerem. Iam a Io. Bapt. Porta in *Magia* lib. 7. cap. 53. pag. 328 et ſeq. exploſae ſunt iſtae opiniones, atque irriſae a Thom. Brown in *Eſſay ſur les erreurs populaires.* Paris, 1738. 8. I. pag. 142, 180, 209. Noſtra memoria experimenta, quae primus fecit Italus, nomine Marci, quaeque a bene multis repetita ſunt, demonſtrarunt, igne fortiori adamantes deſtrui omnes atque prorſus euaneſcere. Sed digna eſt ſententia Aldrovandi aut potius Barthol. Ambroſini, qui Aldrovandi *muſeum metallicum* edidit Bononiae 1648. fol. quae huc referatur. *Nos autem,* inquit pag. 948, *credimus horum aſſerta deflectere a veritate; cum diuturnitate temporis, ignibus conſumatur adamas,*

Digitized by Google

Quae tamen hircino calefacta cruore fatiſcit.
Incudis damno, percuſſorumque labore,
Huius fragmentis gemmae ſculpuntur acutis.
Hic ſed auellana maior nuce non reperitur.
Alterius generis producit Arabs adamantem,
Non ſic inuictum; nam frangitur absque cruore.
Nec par huic nitor eſt, pretiique minoris habetur,
Pondere ſit quamuis, et enormi corpore maior.

Tertius

30. *Haec* pro *Quae* Vin. V. P. A. *liqueſcit* Bel. Locus hic in omnibus plane codicibus depravatus habebatur. Quidam ita ſcriptum habebant: *fatigata*, alii *rigata*, mihi videtur legendum *macerata*, quae vox eſt apud Plinium, vbi agit de adamante. *Fatigo* enim producit mediam. Quamquam Marbodaeus et alias ſaepe non admodum anxie obſeruat legitimas ſyllabarum quantitates, quippe Gallus. ALARDVS pag. 11. b. 31. *Incudis dempto percuſſorisque labore* Cor. 32. *Cuius* Cor. 33. Hic verſus deeſt apud Bel. 34. *Arabia.* Bel. 35. *quia* pro *nam* Rz. 36. *Nec nitore par huic* Bel. 37. *et eorum corpore* Rz.

adamas, et ferro tandem in puluerem redigatur, ſi piſtillo ferreo in mortario contundatur. Igitur is iam coniectura proſpexit, aut expertus prodidit, quod recentior aetas multis experimentis probauit.

32. Adſcribamus verba Vettori e *diſſertatione glyptographica*, edita Romae 1739. 4. pag. 100: "Gemmarum caelatores ad eas incidendas, „vel *adamantem*, vel *rotam* „adhibere ſolent. Siquidem „in ſummitate ſtyli, ſiue axi„culi, qui ferreus eſt, te„nuis, nec palmarem longi„tudinem adſequitur, ſco„bem, ſiue fruſtulum ada„mantis ita componunt, vt „moueri nequeat, dum opus „ſculpturae perficiunt, quod „agunt, ſola cuſpide ada„mantis, gemmam perfri„cando. Oleum vero quan„doque guttatim infundunt, „et ſmiridis puluere inficiunt „gemmam, ſicque iuuant ada„mantem. De his fragmen„tis, inquit Plinius 37, 4: „*expetuntur a ſcalptoribus,* „*ferroque includuntur, nul„lam non duritiem ex facili* „*cauantes;* et Marbodaeus: „*Huius fragmentis gemmae* „*ſcalpuntur acutis.*" Conferantur, niſi moleſtum eſt, quae et nos hoc de argumento diſputauimus in *Hiſtoria inuentionum* III, 4. pag. 343.

37. Hic verſus indicat, apud Plinium *minor* falſo pro *maior* legi. *Similis eſt,* inquit, *huic quidem Arabicus,*

Digitized by Google

Tertius eſt adamas, quem dat maris inſula Cyprus.
Quartum producit ferraria vena Philippis.
Omnibus aequa tamen vis eſt adducere ferrum;
Quod facit et magnes abſente potens adamante;
Nam praeſens adamas magneti, quod rapit, aufert.
Ad magicas artes idem lapis aptus habetur,
Indomitumque facit mira virtute gerentem;
Et noctis lemures, et ſomnia vana repellit.
Atra venena fugat, rixas et iurgia mutat.
Inſanos curat, durosque reuerberat hoſtes.
Clauſus in argento lapis hic, auroue feratur,
Cingat et hinc laeuum fulgens armilla lacertum.

§. 2.

40. *vna* pro *aequa* Vin. 45. *noctu* Vin. verſus 45. 46. 47. deſunt apud Bel. 46. *vincit* pro *fugat.* Vin. P. Cor. Rz. *ſedat* A. 47. *Inſanosque* P. *dirosque* Cor. 48. *geratur* P. 49. *Stringat* Cor. Cuſ. *Stringit et hunc* P. *haec* pro *hinc* Rz. Poſt hunc verſum in codice Vindobon. legitur: *Exax: in nuce argentea poni debet.*

cus, *minor tantum*, caet. antea dixerat de Indico, ipſum eſſe magnitudine auellonae nuclei. Arabicus itaque non minor, ſed maior eo exiſtit, ſi huic verſui credimus. Verum vt non legendum ſit maior, ſed vera lectio ſit, *minor*, verba Plinii ſequentia docent, vbi ait, vnum ex his Cenchron vocari, quod eſt milii magnitudine. CORNAR. Equidem adſentior Harduino, qui putat, Marbodum verba Plinii ſic accepiſſe, vt minoris pretii quidem, non item molis, intellexerit.

38. Vel in hoc verſu apparet, veteres in adamantum numero habuiſſe etiam cryſtallos et quarza eximiae pulcritudinis. Quis enim in Cypro vel in Macedonia, vbi fuerunt ſodinae Philippicae, vnquam inuenit adamantes, vel quis ibi eos requiſiuit? Quin etiam recentiori tempore, qui inſulam peragrarunt, nos certiores fecerunt, prope vrbem, quae olim Paphos, hodie Baffa nuncupatur, effodi cryſtallos praeclarae duritiae magnique ſplendoris, quae vulgo adamantum nomine quampluri. mo venire ſoleant. Vid. Pocockes *Beſchreibung des Morgenlandes*. Erlang. 1754. 4. vol. I. p. 332. Mariti *Reiſen*. Altenburg 1777. 8. pag. 18. Deinde Plinius ipſe auctor eſt, Cyprios adamantes ictibus frangi et alio adamante perforari poſſe, atque, vt degeneres, nominis tantum auctoritatem habere.

Digitized by Google

§. 2.

De achate.

Vt perhibent primum, lapis eſt inuentus achates
In ripis fluuii, qui nomine dictus eodem.
Hic pretio diues, Siculas perlabitur oras.
Sit licet ipſe niger, zonis tamen obſitus albis.
Hic lapis ingenitas memoratur habere figuras;
Cuius natiuis facies interlita venis,
Nunc regum formas, nunc dat ſimulacra deorum.
Rex Pyrrhus digito geſſiſſe refertur achatem,
Cuius

50. *Vt primum perhibent.* Cuſp. P. 51. *eodem eſt.* Vin. P. 52. *Eſt* pro *hic.* V. 53. *Sic* pro *Sit.* Beaug. *venis* pro *zonis.* Cuſp. P. Rz. 54. *His* pro *Hic* R. *perhibetur* A. 56. *Hunc* pro *Nunc* Vin. Cuſp. *Nunc formas rerum* Bel.

50. Theophraſtus *de lapid.* §. 18: καλὸς δὲ λίθος καὶ ὁ ἀχάτης, ὁ ἀπὸ τοῦ Αχάτου ποταμοῦ τοῦ ἐν Σικελίᾳ. Plin. 37, 10. pag. 786: *Achates* (gemma) *reperta primum in Sicilia iuxta flumen eiusdem nominis, poſtea plurimis locis.* Solin. cap. 5. Iſidor. 16, 11. Vibius Sequeſter p. 3. *Achates Siciliae, qui pari nomine lapillos edit, vnde gemmae fiunt.* Priſcian. *periegeſi* v. 502:

Cernitur egregius lapis hic,
cui nomen achates;
Hoc dederat fluuius, cuius
generatur ad vndas,
Hanc ſimulacra vides venis
oſtendere gemmam.

Hodie fluuius inconpertus eſt, conf. Fazellus *decad.* I. lib. 1, 4. Cluveri *Sicilia* p. 201. et Diorvillius in *Siculis* p. 78 et 80.

52. Diues laudatur fluuius ob magnum pretium lapidis, qui in eo multus erat.

55. *Interlita*, i. e. commaculata. Nam *interlino* verbum ſuperinducto atramento, aut alio liquore rem aliquam vel picturam eſt deſtruere, quod ex hoc Ciceroniano intelliges: tabulae ſunt in medio, ſe corruptas atque interlitas eſſe clamant. PICTOR.

57. Plin. 37. cap. 1. p. 764. *Fama eſt gemmae Pyrrhi illius, qui aduerſus Romanos bellum geſſit. Namque habuiſſe traditur achaten, in qua nouem Muſae et Apollo citharam tenens ſpectarentur, non arte, ſed ſponte naturae ita discurrentibus maculis, vt muſis quoque ſingulis rederentur*

Digitized by Google

Cuius plana nouem signabat pagina musas.
Et stans in medio cytharam tangebat Apollo;
Naturae, non artis opus, mirabile dictu.
Hunc

58. *plena* pro *plana* A. m. Rz. 59. *Et status medio* Vin. 60. Versus hic desideratur in Vin. et Cusp.

derentur insignia. Eadem Solinus cap. 5. Achates ex variis lapidum vitreorum (*vitrescibilium*, vti- loquuntur nostrates) generibus vario modo compositus vel concretus est, potissimum ex chalcedonio, quarzo, carneolo, jaspide, quod nostri mineralogi non primi probarunt, sed quod recte iam edocuit Orpheus *lapid.* 16, 4. vnde innumerabiles existunt discolores maculae et picturae multiplices, in quibus indocta credulitas varias imagines agnoscere sibi videtur. Quali in lapide Pyrrhus Musas cum Apolline cernebat, in tali maiores nostri superstitione infecti non raro Mariam cum infante stupebant. Qui auet exempla cognoscere, euoluat Aldrovandi *museum* p. 107. Kircheri *mundum subter.* lib. 8. sect. 1. p. 43. et quos libros ad Plinii locum indicauit Harduinus.

60. Igitur iam tunc temporis videtur ars excogitata atque vsitata colorandi, tingendi et pingendi non solum marmora, sed etiam lapides vitreos seu vitrescibiles, quod Plinii auctoritate comprobatur, libr. 35. cap. 1. p. 678: *Coepimus*, inquit, *et lapidem pingere. Hoc Claudii principatu inuentum.* Solinus, vbi Pyrrhi achaten arte pictum esse negat, *non inpressis figuris*, ait, *sed ingenitis.* Equidem non intelligo, qua arte possint figurae imprimi lapidibus. Claudianus in Eutrop. 2. v. 272. p. 287. *marmor pictum*, i. e. arte infectum laudat. At cum artifices nostri ad lapides pingendos necessario adhibere debent et metalla salibus acidis liquata, et resinae spiritu vini dissolutae, quae omnia, excepto vitriolo admodum impuro, veteribus prorsus incognita fuerunt, vix credo, eos hac in arte longe procedere et progredi potuisse. Parum abest, quin sentiam, Plinii aetate lapides non alio modo, quam tubulae ligneae, esse pictos, ita nimirum, vt pigmenta superficiei tantum illita, non a lapidibus intus absorpta fuerint, quod tamen a nostris hominibus omnino efficitur. Sed leguntur apud Plinium pag. 787, quae probare videntur, coxisse

Digitized by Google

Hunc quoque corallo ſimilem gerit inſula Creta;
Cuius planities, chryſeis eſt illita venis.
Iſte nocens virus fugat, et quod vipera fundit.
Reddentem varias facies dat et Indus achatem;
Nunc nemorum frondes, nunc dantem ſigna ferarum. 65
Hic

61. *Nunc quoque coralio.* Rz. Bel. *illiſa* B. Totus verſus deeſt in Vin. 62. *croceis* A. m. P. *caeſeis* Rz. 63. *nocens* Bel. *nepae* A. P. Cuſ. *quidem* Vin. *Nempe idem virus* Rz. *Iſteque nempe, fugat virus quod vipera fundit.* Cor. 64. *ſpecies* pro *facies* V. *fert* pro *dat et* Vin. *India* Cor. *achates* Cuſp. 65. *praebet* pro *dantem* Ald.

xiſſe veteres achates tingendos per aliquot horas cum oleo et pigmentis; neque pernegare audeo, poſſe olea tenuiſſima, dum coquuntur cum pigmentis, penetrare in lapides non valde craſſos. Ante annos 150 complures artifices, maximam partem Germani, hac in arte ita feliciter elaborarunt, vt ea ſtatim ab iis abſoluta videatur. Quorum in numero fuere eques Vannius, et Albertus Guntherus, Germanus, qui Kirchero adiutor fuit, et Wild, Stutgardienſis, cuius honorifice meminit Mart. Gerbert in *itinere Alemannico.* 1765. 8. pag. 318. Vannium artis inuentorem praedicat Kircherus in *mundo ſubter.* 2. pag. 43. et ipſe ſe inuentorem iactauit in tabula, quam pinxit, marmorea, quamque Senis vidit Biörnſtahl cum inſcriptione tali: *Michel Angelus Vanno, novae huius in petra pingendi artis inuentor.* 1656. Conf. Biörnſtåhls *Briefe* 2. p. 142. Elegantiſſimum huius artis opus, quod vnquam vidi ipſe, eſt tabula achatina picta Auguſtae Vindel. regi Guſtapho Adolpho donata, quae adſeruatur in bibliotheca Upſalienſi, cuius in vna pagina tranſitus Iudaeorum per mare rubrum, in altera vltimum iudicium cernitur, cuius tabulae mentionem iniecit Wallerius in *ſyſtemate miner.* I. pag. 286.

62. Plin. *Coralloachates guttis aureis ſapphiri modo ſparſa, qualis copioſiſſima in Creta.* Solinus: *Dat Creta, quem curaliachatem vocant, curalio ſimilem, ſed inlitum guttis auro micantibus, et ſcorpionum ictibus reſiſtentem.*

63. Plinius: *putant eam* (gemmam) *contra araneorum et ſcorpionum ictus prodeſſe.*

65. Plinius: *dendrachates, velut arbuſcula inſignis.* Solinus:

Hic ſedare ſitim, viſumque fouere putatur.
Eſt et qui myrrhae ſuccenſus ſpirat odorem.
Sanguineas maculas eſt qui perhibetur habere.
Cerea cui facies, quia creber, vilis habetur.
Portantem munit, viresque miniſtrat achates,
Facundumque facit, gratumque, bonique coloris,
Et perſuaſorem, mundoque Deoque placentem.
Hoc Anchiſiades comitante pericula vicit.

§. 3.

66. *riſumque* Cuſp. 68. *Eſt qui ſanguin. mac.* Cuſp. P. 69. *Aerea cui facies, cui creber viſus habetur.* Bel. 70. *Portanti munus* T. P. Cuſp. Rz. *tutum* pro *munit* Vin. Cor. 71. *gratum* Vin. 72. Verſus deeſt in ed. Al. 73. *Haec* pro *Hoc* Beaug.

linus: *Dat India reddentem nunc nemorum, nunc animalium facies, quem vidiſſe oculis fauet, quique intra os receptus ſedat ſitim.* Hunc iam Orpheus *lapid.* 4. p. 312. depinxit verbis, quae latine reddam: *Si manu geſtaueris fragmentum lapidis Dendrachatis, deorum immortalium valde animus delectabitur. In quo arbores multas conſpicies, velut in horto florente, denſis ramis frondente. Idcirco ei homines Achatis arboreſcentis cognomen impoſuerunt, quoniam partim ſimilis eſt achati, partim vero ſpeciem praebet hirtae ſiluae.* Solet vocari *pierre de Mocka*, quia olim ex Arabia afferebatur, nunc abundanter eum mittit pagus Trevirenſis, *Oberſtein.* Aliam huius nominis originem coniecit, quem honoris cauſſa nomino, vir gen. de Veltheim in libello: *über die Reformen in der Mineralogie.* pag. 61; nempe a voce *Moch*, quae in Saxonia *Mòos*, *muſcus*, ſignificare dicitur, vt ſit *Moosſtein.* At aut me omnia fallunt, aut nomen *pierre de Mochha* antiquius eſt germanico, *Mockaſtein*, quod a Gallis noſtrates ſero accepiſſe mihi quidem videntur.

67. Etiam haec Plin. et Solinus. Qui lapides vſti odorem reddunt, iis petroleum ineſſe ſolet, quod quidem calcarei, non vitrei, facile abſorbere queunt.

68. Solinus: *haemachates ſanguineis maculis irrubeſcit.*

69. Solinus: *qui ſunt facie cerea, abundantes triuialiter, negliguntur.*

73. Ad ineptias abit Marbodus. Non lapidem achatem geſtabat Aeneas, Anchiſae filius, ſed erat eius comes fidus Achates.

Digitized by Google

§. 3.

De alectorio.

Ventriculo galli, qui teſtibus eſt viduatus,
Cum tribus, vt minimum, factus ſpado, vixerit annis, 75
Naſcitur

74. *teſticulis viduatus* Bel. *ſpoliatus* A. m. 75. *cum tres vel minimum* Vin. *vt nimium* Cuſp. *ad minimum* Bel. et Aldrov. *vt minimum* vti verſu 10: *vt multum.*

74. Plinius 37, 10. p. 787: *Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas, cryſtallina ſpecie, magnitudine fabae, quibus Milonem Crotonienſem vſum in certaminibus, inuictum fuiſſe videri volunt.* Solin. cap. 1. p. 6. Iſidor. *orig.* 16, 13. Plinio vocatur *alectoria*, intellige gemma, Solino *alectorius*, ſcilicet lapis. Deuorare ſubinde aues, ſi non omnes, at multas tamen, lapillos, eosque in harum ventriculis reperiri, peruulgatum eſt; etſi quidnam cauſſae ſit, cur deuorent, nondum ſatis conſtet. Certum eſt autem, hosce lapillos nequaquam generari in ventriculis, ſed deuoratos potius ibi paulatim atteri, quod experimentis phyſicorum recentiorum ſatis explorátum eſt. Neque eiusdem generis lapilli vsque reperiuntur in ventriculis gallinaceorum, quod genus idcirco, quaſi iis proprium, poſſit alectorium vocari, ſed tales ſunt lapilli, quales auibus locus, vbi degunt, offert, ſilicei tamen, ſaltem non calcarei, qui, vt fragiliores, continuo contererentur. Qui in hirundinum ventriculis obuii ſunt, vocabantur olim chelidonii, quorum mentionem fecit noſter §. 17. de quibus confer. Velſchii *hecatoſtea* I, 55. pag. 74. Quae de ſtruthionum lapillis prodidit Aelianus *hiſt. anim.* XIV, 7. pag. 772. lectu digna ſunt, propterea quod a veritate longe non abeſſe videntur. ἡ γαστὴρ αὐτῆς ἀνηρημένης εὑρίσκεται καθαιρομένη λίθους ἔχουσα, οὕσπερ οὖν καταπιοῦσα ἡ τρυὼξ ἐν τῷ ἐχίνῳ φυλάττει, καὶ πέττει τῷ χρόνῳ. *In eius ventre a ſordibus expurgato lapides inueniuntur, quos haec poſtea quam deuorauit, in omaſo prope reticulum diu aſſeruatos concoquit.* Plura qui deſiderat, legat Halleri *phyſiolog.* VI. pag. 268. Conf. Harveus

de

Naſcitur ille lapis, cuius non vltima laus eſt,
Et per bis binos capit incrementa ſequentes,
Menſuramque fabae creſcens excedere neſcit.
Cryſtallo ſimilis, vel aquae, cum limpida paret.
Hinc alectorio nomen poſuere priores.
Inuictum reddit lapis hic quemcunque gerentem,
Extinguitque ſitim patientis in ore receptus.
Nam Milo Crotonias pugiles hoc praeſide vicit.
Hoc etiam multi ſuperarunt prelia reges.
Hic expulſorum promptus ſolet eſſe reductor,
Acquiritque nouos, veteresque reformat honores.
Hic oratorem verbis facit eſſe diſertum,
Conſtantem reddens, cunctisque per omnia gratum.
Hic circa Veneris facit incentiua vigentes.
Commodus vxori quae vult fore grata marito.
Vt bona tot praeſtet clauſus portetur in ore.

§. 4.

77. Apud Pictorium verſus ſic ſequuntur: 77. 80. 78. 79. 81. 83. 84. 82. 85. 78. *Cenſuramque* T. 79. *aqua* P. *aquae quae* Vin. 80. *Huic* pro *Hinc* B. *alectorum* A. *Allectorio* Beaug. vbi ſemper cum *ll.* Apud Vinc. Bellovac. hic verſus deeſt. 81. *Inuictum lapis hic reddi. quemcunque gerentem*, Bel. 82. *ſitientis* pro *patientis* Tur. Cuſp. P. Rzt 85. *Hoc* pro *Hic* B. *excuſſorum* A. *propulſorum* Vin. 86. *inſtaurat* A. 87. *Hic verbis rhetorem facit eſſe diſertum.* Vin. 88. *cunctli* B. 89. *vigentem* Rz. 90. *quae vult grata videri* Vln. *q. v. g. eſſe marito* Rz. *vxori et quae* P. Cuſp. *et dominae* A. m. 91. *At* pro *Vt* A. *portatur* B. *in aere* Cuſp.

de generatione animal. Hagae comitis 1680. 12. exercit. 7. p. 38. *Art de faire eclorre des oiſeaux, par* Reaumur. Paris. 1749. 8. vol. 2. pag. 114. Buffon *Naturgeſch. der vierfüß. Thiere*, ed. Lipſienſ. IV, 1. p. 21. eiusdem *Naturgeſch. der Vögel*, ed. Berolin. IV. p. 140. Schwenkfeld *theriotroph.* p. 276, 288. — *Viduare* ſignificat non raro priuare. Sic Horat. *orni viduantur foliis.* Virgil. *vrbem viduare ciuibus.*

80. Inter hunc verſum et ſequentem interſerit ſola Alardi editio hos verſus:

Nomen apud Graecos de galli nomine ſumptum.
Nam quem nos gallum communi more vocamus,
Grammatici Graeco hunc ἀλέκτορα nomine dicunt.

Facile credam, eſſe haec Marbodi, cum eiusmodi etymologia iisdem fere verbis legitur etiam v. 180 – 182; ſed forſitan et hi verſus ſunt interpolati.

Digitized by Google

§. 4.

De jaspide.

Jaspidis esse decem species septemque feruntur.
Hic et multorum cognoscitur esse colorum,
Et multis nasci perhibetur partibus orbis.
Optimus est viridi transculentique colore,
Et qui plus soleat virtutis habere probatur.
Caste gestatus fugat et febres et hydropem,
Appositus-

93. *Hic quoque* Vin. 95. *in* pro *est* Cusp. Vin. A. P. B. sed *est* Rz. Bel. 96. *Et quod* Vin. 97. *portatus* Rz. *febrem fugat, arcet hydropem*, Cusp. A. P.

92. Patet jaspidis notio apud veteres multo latius, quam apud mineralogos nostros, siquidem olim ea continebantur non hi solum lapides, hodie jaspides dicti, sed etiam alii et inter se maxime diuersi, etiam translucentes et crystallini, et nescio, an quoque marmora quaedam. Quodsi hoc nomine vel solos jaspides, qui hodie appellantur, complecti volumus, tamen hi tot coloribus, quos veteres potissimum spectabant, variant, vt cuncta nomina, quae inde quondam traxeruut, et enumerare longum, et explicare prorsus ἀδύνατον esse videatur. *Illud*, inquit Plinius 37, 12. p. 795. *meminisse conueniet, increscentibus varie maculis ac verrucis, linearumque interueniente multiplici ductu et colore, mutata saepius nomina in eadem plerumque materia.* Huiusmodi nominum perturbatione laborant etiam nunc architecti Itali, qui acceptum a maioribus loquendi morem, diligenter retinent. Quod reliquum est, vocabulum jaspis poetis trisyllabum est, quod noster disyllabum fecit. Morem saeculi tenuit scripsitque negligentius. Sed de vitiosa poetarum christianorum prosodia conferantur, quae copiose et abundanter disputata sunt in Daumii praefatione ad Ben. Paul. Petrocorii lib. *de vita b. Martini*, editum Lipsiae 1681. 8. atque ibidem p. 197, 234, 326, 327. in notis Iureti ad librum primum, sed potissimum in spicilegio notarum isti editioni adiuncto p. 344 et seq.

97. In editione Cornarii inter versum 97 et 98 legitur hic: *Sanguinis adstringit fluxum, pellitque uenena.*

Digitized by Google

Appositusque iuuat mulierem parturientem,
Et tutamentum portanti creditur esse;
Nam consecratus gratum facit atque potentem,
Et sicut perhibent, phantasmata noxia pellit.
Huius in argento vis fortior esse putatur.

§. 5.

De sapphiro.

Sapphyri species digitis aptissima regum,
Egre-

99. *portantis* K. 102. *Cuius* Cusp. A. *probatur* T. A. Aldrov.

At hunc ad vnum omnes libri habent §. 29. vbi de heliotropio agitur, vbi etiam idem versus in ipsa Cornarii editione recurrit. Nihilo minus verum est, etiam jaspidi illas vires quondam esse attributas. Nam Vincentius Bellovac. ex Arnoldi libro, quem cognoscere mihi nondum contigit, haec refert: *est virtus eius contra fluxum sanguinis et menstruorum.* Eadem Albertus Mag. *de miner.* 2, 2, 8. p. 232: *Expertum est, quod stringit fluxum sanguinis et menstruorum.*

100. Consecratione videlicet magica et caractere, vt in magicis docetur. PICTOR.

101. *Multa quidem generat viuis miracula rerum;*
Sed tamen egregio crystalli pondere gemmam,
Atque, malos lemures quod pellit munus, iaspin;
Nocturni manes fugitant quam membra tuentem.

Haec de mari Caspio a Prisciano in *perieg.* 689. e Dionysii περιηγ. 724. traducta sunt, quamuis Avienus non habeat.

103. De hoc lapide nihil attinet plura nunc differere, quandoquidem de eo satis abundanter a nobis disputatum est in *Historia inuentionum* III. p. 182. quam legas, si forte non molestum est. Apertum atque perspicuum est, scriptores veteres non omnes sapphiri nomine vnum et idem lapidum genus notasse; at nos teneamus, vt plurimos saltem et eos, qui de gemmis accurate diligenterque et studiose exposuerunt, censeamus, intellexisse eum

Digitized by Google

Egregium fulgens, puroque ſimillima coelo,
Vilior eſt nullo virtutibus atque decore.
Hic et Syrtites lapis a plerisque vocatur,
Quod circa Syrtes Lybicis permixtus arenis,
Fluctibus expulſus, feruente freto reperitur.
Ille ſed optimus eſt, quem tellus Medica gignit.
Qui tamen afferitur nunquam transmittere viſum,
Quem natura potens tanto ditauit honore,
Vt ſacer et merito gemmarum gemma vocetur;
Nam

104. *Gemma refulgens eſt* Aldrov. 105. *Inferior nullo eſt* A. *colore pro decore* T. 106. *Hic quoque Syrtites* Vin. A. *Conſircites* R. *lapis eſt plerisque vocatus* Bel. 108. *expulſis* B. 109. *Indica* habent quaedam exemplaria pro *Medica*. Corn. *mittit* Corn. 110. *tantum* B. *Qui lapis offer.* Rz. 112. *Vt ſacra et* Bel.

eum lapidem, quem nos *Lazuli* vel *lazureum* appellare ſolemus. Quantum vero mihi cernere datum, fuerunt iam olim, qui eo etiam retulerint temere lapidem calcarium cupro tinctum, quem vulgo vocant *armenum*. Nae illi falſi ſunt, qui exiſtiment, ſapphirum veterum eſſe gemmam, hodie ita dictam, quae tum forma, tum duritia ac pondere ad cognationem et ſimilitudinem adamantum proxime accedit.

106. Plin. 37, 10. p. 793: *Syrtides* (Syrtites) *in litore Syrtium, iam quidem et in Lucania inueniuntur, e melleo colore croco refulgentes; intus autem ſtellas continent languidas.* Solinus 2. p. 12. *Eruitur gemma in parte Lucaniae, facie adeo iocunda, vt languentes intrinſecus ſtellas, et ſub nubilo renidentes croceo colore perfundat. Ea quoniam in littore Syrtium inuenta primum eſt, Syrtites vocatur.* — At quidnam cauſſae eſt, cur hic lapis referatur ad ſapphiros? Nec Plinius, nec Solinus quidquam ad hanc ſententiam probandam tradiderunt. E paucis iſtis verbis ne Oedipus quidem gemmam poſſet agnoſcere. Bartholomaeus Anglicus *de rerum proprietatibus*. Francofurti 1601. 8. p. 759. eum itidem vocat ſapphirum, vſus auctoritate Dioſcoridis, quis autem ſit iſte Dioſcorides, aut ex quonam libro deperdito iſta traducta ſint, iam non inquiro.

Digitized by Google

Nam corpus vegetum conseruat et integra membra.
Et qui portat eum, nequit vlla fraude noceri.
Inuidiam superat, nullo terrore mouetur,
Hic lapis, vt perhibent, educit carcere vinctos,
Obstructasque fores, et vincula tacta resoluit,
Placatumque deum reddit, precibusque fauentem.
Fertur et ad pacem bonus esse reconciliandam;
Et plusquam reliquas amat hanc necromantia gemmam,
Vt diuina queat per eam responsa mereri.
Corporeis etiam morbis lapis iste medetur.
Scilicet ardorem refrigerat interiorem,
Sudorem stringit nimio torrente fluentem,
Contritus lacti superillitus vlcera sanat,
Tollit et ex oculis sordes, ex fronte dolorem;
Et vitiis linguae simili ratione medetur.
Sed qui gestat eum, castissimus esse iubetur.

§. 6.

113. *vegetat* B. Rz. *vegetans* V. *conseruans integra* Vin. 114–128 desunt in Rz. 114. *non vlla fraude necatur* Bel. *illa* pro *vlla* R. 117. *Obstrusasque* V A. Vin. *Obstrictasque* P. 118. *Pacatum* T. Hic versus deest in Vin. Cusp. Bel. 119. *Fertur que et pacem bonus esse ad conciliandam* Bel. 120. *hydromantia* Beaug. *nigromantia* T. 121. *queant* A. Bel. *moueri* V. A. m. P. Cusp. 122. *Corporibus morbisque* Vin. Hic versus deest apud Beaug. 123. *Solis et ardorem* Vin. 124. *terrore* pro *torrente* V. 125. *Contritusque* Vin. *lacte* Cor. *lateri* Cusp. P. A. m. *parti* Aldr. *circumlitus* T. *vulnera* Vin. 126. *et fronte* Bel. *frontisque* Cor. *et forte dolores* Aldr. 127. *cum rore* pro *ratione* Vin. 128. *gestit* Vin.

120. Fortasse *hydromantia*, aut porro *necromantia* potius quadrabit mea quidem sententia, vt intelligas hac euocari imagines mortuorum. ALARDVS.

128. Plerumque iubetur castissimus esse, qui gemmarum vires velit experiri; scilicet cauti id magi praeceperunt, vt haberent, quo se possent tueri aduersus eos, qui experti vires negatum irent.

Digitized by Google

§. 6.

De calcedonio.

Calcedon lapis eſt hebeti pallore refulgens, Inter

129. Καρχηδὼν vel Καρχηδών, Carchedon, eſt Carthago. Καλχηδὼν, Καλκηδὼν, Χαλκεδὼν, eſt Chalcedon, Calchedon, vrbs ad Pontum e regione Byzantii. Inde nomina gentilia deriuantur: καρχηδόνιος et χαλκηδόνιος, de quorum crebra permutatione vide quae a nobis annotata ſunt ad Ariſtotelis *mirabiles auſcult.* p. 121. Lapides, quibus ab iſtis vrbibus nomina impoſita ſunt, videntur hi fere eſſe: 1) *chalcedonii ſmaragdi* apud Plin. 37, 5. p. 775, vbi tamen quaedam editiones habent *carchedonii*, quas ſequutus eſt noſter, vbi de ſmaragdis loquitur. 2) *carbunculi carchedonii* apud Plin. 37, 7. p. 779. et ſect. 30. p. 780. Iſidor. 16, 13. p. 391. de quibus Theophraſtus *de lapid.* §. 31. ἄγεται ἐκ Καρχηδόνος. A Petronio cap. 55. p. 361. vocantur carchedonii ignes lapidei. Huc quoque referendus eſt καρχηδόνιος καλούμενος λίθος apud Epiphanium *de gemmis* 4. p. 5. etſi in quibusdam libris legatur χαλκηδόνιος. 3) *iaspis turbida, quam Calchedon mittit*, apud Plin. 37, 9. pag. 782. 4) χαλκηδὼν in Iohannis *apocalypſi* 21. v. 19. inter gemmas, vbi quaedam editiones καλκιδὼν. Hieronymus, Erasmus Roter. et Beza reddiderunt *chalcedonium*. Arethas, qui ſaeculo decimo ſcripſit commentaria in apocalypſin, dictum eſſe ab Chalcedone ſuper Chryſopolim refert, ex iis, qui *Bithynica* ſcripſerunt, et colorem ſimilem facit carbunculo; cogitauit igitur carbunculum carchedonium Plinii.

Hisce cognitis ita prorſus exiſtimo, nullum ex iſtis gemmis eſſe lapidem eum, quem nos appellamus chalcedonium; niſi quis velit opinari, Iohannem cogitaſſe noſtrum chalcedonium. Id quidem eſſet coniectari, non probare. Quid enim argumenti poteſt afferre nudum nomen? Sed defendat quidem, quod quisque ſentit.

Digitized by Google

Inter hyacinthum medioximus atque beryllum;
Qui ſi pertuſus digito colloque geratur,
Is qui portat eum perhibetur vincere cauſſam.
Haec ſpecies lapidis tantum tricolor reperitur.

§. 7.

131. *feratur* V. P. A. Cuſp. 132. *cauſas* P. Rz. Cuſp.

Sunt enim iudicia libera. Nos inſtitutum tenebimus, nec ſine argumentis quidquam ſtatuemus. Deinde facile intelligitur, nullum lapidem veteribus ſimpliciter dictum eſſe *chalcedonium*, quod vocabulum hodie vſitatum et tritum eſt. Atque haud ſcio, an noſter Marbodus primus de chalcedonio ſcripſerit. Quisnam autem ſit hic Marbodi calcedonius, equidem coniectura non aſſequor. Albertus Magnus, qui eo auctore vſus eſt, appellat calcidonium, lapidem pallidum, fuſcum, aliquantulum obſcurum. Chalcedonius autem noſtrorum mineralogorum, non facile aſſeuerem, quod nomen olim habuerit. Num forte a maioribus eſt relatus ad achates? Conf. Conr. Gesneri, magni viri, *libellus de figuris lapidum*. Tiguri 1565. 8. p. 80. "Si „quis, inquit, moroſior Cal„cedonii vocabulum retinere „velit, quoniam et graece „fere in Apocalypſi ita ſcri„batur, et hodie in multo„rum ore ſit Calcedonius „lapis, fruatur ille opinione „ſua; ſed ita quoque χαλκη„δόνιος in Graeco legendum „foret, et latine Chalcedo„nius, *c* aſpirato."

Refulgere, ſicut *fulgere* et *fulgor*, ſaepe numero et proprie dicitur de gemmis. Plin. 2. p. 775: *refulgent in vmbra ſmaragdi*. Ab eodem gemmae refulgentes paſſim laudantur, I. p. 462: *gemmae igneo colore fulgentes*. Idem: *fulgor carbunculi, opali*. Vide indicem Harduini. Lucan. 10, 122: *fulget gemma*. Valer. Flaccus 5, 514: *enſis fulgentibus gemmis*. Ammianus 16: *inſidebat carpento fulgenti claritudine lapillorum variorum, quo micante lux quaedam miſceri videbatur*. Phaedr. 3, 19, 7: *nitor ſmaragdi collo praefulget tuo*.

130. *Medioximus* i. e. medius. Chalcedonius hyacintho aeque ſimilis eſt ac beryllo. A Plinio 37. ſect. 20. p. 776. commemorantur berylli hyazinthizontes.

Digitized by Google

§. 7.

De ſmaragdo.

Omne virens ſuperat forma viridante ſmaragdus;
Cuius bis quinae ſpecies, binaeque feruntur. 135
Sunt

134. Hunc verſum habet quidem Vinc. Bell. ſed qui praeter hunc ibi leguntur verſus, pertinent non ad ſmaragdum, ſed ad gagatem. Sunt itaque negligentia ſcriptorum ibi male transpoſiti. Vbi Vincent. de gagate agit, ibi deſiderantur verſus Marbodi, quos alias adſcribere ſolet.

134. Diſputatio de ſmaragdo veterum, quodnam nomen habeat in mineralogia noſtra, non poteſt non eſſe copioſa concertationumque plena, quae itaque nequit eſſe huius libelli. Hic illud ſatis eſt, ſmaragdum veterum nequaquam eſſe gemmam, quam nos eodem nomine appellamus, neque ſcio, an adſint argumenta, quibus certo probari poſſit, noſtram gemmam Graecis iam atque Romanis in vſu fuiſſe. Quid, quod ipſe Plinius 2. p. 774. auctor eſt, multum diſtare ſmaragdos a gemmis. Deinde e libris veterum facile cuique intelligitur, non vnum lapidum genus obtinuiſſe nomen ſmaragdi, ſed varios lapides virides eo eſſe relatos. Quorum in numero ſunt inprimis qui hodie fluores, *Fluſſſpate*, vocantur, itemque lapides, quos artifices *matrices ſmaragdi*, Smaragdmutter, *primes d'emeraude* nominant, nimirum cryſtallus viridis et quarzum eiusdem coloris, vulgo *Praſer*, *praſem*, et qui ad huius ſimilitudinem accedit, lapis nephriticus; porro vitrum viride, quod montes crebris ignibus ardentes fundunt, et *achates Islandicus viridis* vulgo vocatur. Sunt etiam, qui iaspidem viridi colore eodem nomine nuncupatam eſſe contendant, me non diſſentiente. Verum de hoc argumento nolumus repetere, quae a nobis diſputata ſunt in *Hiſtoria inuentionum*, vol. 3. p. 295. Mecum conſentit von Veltheim in *Anmerkungen über Reformen in der Mineralogie*. p. 62. Quae noſter refert, aceepit magna ex parte a Plinio lib. 37, 5. p. 774. et Solino cap. 15. *Smaragdos*, inquit ille, *tanto libentius ſpectamus, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret.* Lactantius *de phoenice* v. 135: *Albicat inſignis miſto viridante ſmaragdo.*

Digitized by Google

Sunt etenim Scythici, Bactriani, Niliacique.
Sunt et qui venis nasci perhibentur in aeris,
Quos maculis vitiosa notat natura metalli.

Sunt

136. *Sunt, enim — Bactriani.* Cusp. *Sunt etiam* Vin. *Brittanni* Vin. *Maliciani* pro *Niliaci.* A. m. 138. *preciosa* pro *vitiosa* Rz.

136. Niliaci i. e. Aegyptii, quos saepe celebrarunt veteres. Eruebantur, Plinio teste, circa Copton oppidum Thebaidis in collibus, ex cautibus. De loco, vbi eruti sunt, conferantur Strabo, et inprimis quem alii non laudarunt, Photius in *bibl.* p. 194. vbi ex Olympiodori historia refertur, iuxta Talmin, Aegypti vrbem in extremis finibus, fuisse smaragdi fodinas, σμαραγδου μέταλλα, vnde Aegypti regibus magnus fuisset prouentus. Hinc in tabulis geographicis nomen montis Smaragdi. Nostra memoria ista loca prorsus ignorantur, quae tamen ante pauca saecula nota fuisse videntur. Eorum meminit Guilelmus de Boldensleve s. de Baldenzeel in historia peregrinationis inserta *Lectionibus antiquis* Canisii tom. 4. pag. 342. Fuit in Aegypto circa annum 1315. *In superioribus*, inquit, *Aegypti est vna Smaragdina, vnde ibidem eruuntur smaragdi meliores, et in meliori forma, quam in aliqua mundi parte habentur.* Quin etiam auctor quidam saeculi 16, cuius ex scriptis excerpta leguntur in *Notices des manuscr. de la bibliotheque du roi* I. p. 253. pro certo tradidit, fuisse fodinas istas prope Aswan. Aswan s. Assevan est Syrene veterum. Vid. Albulfedae *descriptio Aegypti*, quam edidit Michaelis noster Gottingae 1776. 8. p. 1, 16 et 97. Verum conferantur praeter auctores laudatos in *Historia inuentionum* 3. p. 297. Prosp. Alpini *histor. natur. Aegypti* 1, 3, 4. p. 174. Maillet *description de l'Egypte*, Pococke *Beschreibung des Morgenlandes*, edit. 1754. I. p. 145. Paul Lucas *Reise in Türkey und Syrien* 2. p. 78 et 152. Bruce *Reise*, edit. Lipsi. 4. p. 258. et 5. p. 248. Aegyptii quidem smaragdi videntur non fuisse fluores, sed potius matrices smaragdi, quas modo indicauimus. Nam non tam facile scalpi poterant, quam caeteri. *Duritia tanta*, ait Plinius, *vt nequeant vulnerari.*

138. *Reliqua genera*, ait Plinius, *in metallis aerariis inueniuntur.* Idem et Solinus: *reprobant eos, qui intrinsecus quasdam sordes habent,*

Digitized by Google

Sunt Carchedonii, reliquos piget enumerare.
Praecipuus Scythicis honor est et gratia maior.
Gryphibus eripiunt seruantibus hos Arimaspi.
Quos visus penetrat, famae potioris habentur;
Quorum luce virens vicinus tingitur aër;
Quos neque sol mutat, nec clara lucerna, nec vmbra.
Strata superficies quibus est, vel concaua forma,
More iacentis aquae, vultum spectantis adumbrat.
His vsum speculis testatur fama Neronem,

Cum

139. *Calcedonii* B. *Calchedonii* Vin. *vesidos* pro *reliquos* B. 140. *gloria* pro *gratia* A. m. 141. *Griffibus* B. *Gryphilus* T. *Erimaspi* T. Rz. 142. *formae* Cusp. 143. *tangitur* Vin. Cus. Ra. P₂ A. m. 144. *nec vmbrae* P. B. 145. *Sacra* pro *Strata* T. 146. *obumbrat* A. Rz. *adumbrat* P. Cor. 147. *His speculis vsum* Rz.

bent, nec puri, nec concolores sunt. Maculas metalli, quas noster vitia esse docet, efficiunt, vt mea fert opinio, particulae seu micae pyritis et minerae cupri, saepe fluoribus admixtae, adnatae et concretae.

140. *Quos supra gryphes ditissima rura smaragdo,*
Qualem non alius terrarum possidet orbis,
Atque aurum sibimet defendunt pondere puro.
Omnia sed duri superans audacia lucri.
Aduersus volucres heu commouet arma virorum;
Proelia nam faciunt Arimaspi gryphibus hostes.
Prisc. *perieg.* v. 698. conf. Solinus cap. 15.

143. *Inficientes circa se repercussum aëra; non sole mutati, non vmbra, non lucernis, semperque sensim radiantes et visum admittentes.* Plin.

145. *Quorum corpus extensum est, eadem, qua specula, ratione supini imagines rerum reddunt. Nero princeps gladiatorum pugnas spectabat smaragdo.* Plin. *Figura sua melior est planities superficiei, quia tunc vna pars non obumbrat aliam. Melior autem est, quae nec lumina nec vmbra variatur.* Haec Albertus M. De speculo Neronis abunde disputauimus in *Historia inuentionum* 3. p. 295. — Verum liceat et mihi homuncioni in libro vili, quod semper licuit summis viris Burmannis, Graeuiis, Gronouiis aliisque in libris excellentissimis et praestantissimis, relinquere intactos versus, quos prorsus intelligere mihi ipse non videor.

Digitized by Google

Cum gladiatorum pugnas ſpectare liberet.
Optimus hic lapis eſt, quorum ſunt corpora plana.
Commodus iſte lapis ſcrutantibus abdita fertur,
Cum praeſcire volunt ac diuinare futura.
Auget opes lapis hic ſeſe reuerenter habentis,
Omnibus in cauſis dans perſuaſoria verba,
Tamquam facundi vis ſit ſermonis in illa.
Collo ſuſpenſus durum fugat hemitritaeum,
Et ſanare poteſt ipſa ratione caducos.
Emendat feſſos viridi mulcedine viſus,
Et tempeſtates auertere poſſe putatur.
Fertur laſciuos etiam compeſcere motus.
Perficit in viridem magis exactumque colorem,
Ablutus vino, viridique perunctus oliuo.

§. 8.

De ſardonyche.

Sardonychem faciunt duo nomina, Sardus Onyxque.
Tres capit ex binis vnus lapis iſte colores.
Albus

148. *libebat* Vin. Cuſ. P. 151. *per vndam* pro *futura* R. A. Rz. *aut* pro *et* A. m. *vel* Cor. 152. *Auget opes idem ſeſe reuerenter habent.* Vin. Rz. Cor. *habentes* Cuſp. P. 153. *dat* pro *dans* V. Cor. Rz. 154. Hic verſus deeſt in Vin. Cor. Rz. *ſit vis* B. *in illo* A. 155. *ernyticum* B. *ernitileum* T. *divum fugat Orcipotentem.* Rz. 156. *ſimili* pro *ipſa* A. m. 157. *Emundat* B. *medicamine* T. A. 160. *in viridi, magis accenditque* Cuſ. P. *accenditque colorem* A. m. *decorem* R. A. 161. *aut viridi preuentus oliuo.* Cuſp. *aut viridi* P. *Elutus vino aut viridi peruentus oliuo.* Erasm. Stella. 162. *Sardus et onyx.* B. Vin. Cuſ. *Sardus onyxque* A. P. Rz. Cor. recte, nam *onyx* habet primam breuem. 163. *ex vinis* Cor.

155. Ἡμιριτταῖος πυρετὸς, febris ſemitertiana, de qua conf. Foeſii *oeconom. Hippocratis* p. 262. et Celſus 3, 3 et 8.

162. *Sardonyches olim, vt ex nomine ipſo apparet, intelligebantur candore in ſarda, hoc eſt velut carnibus vngue hominis impoſito, et vtroque translucido.* Plin. 37. ſect. 23. p. 778.

Digitized by Google

Albus in his nigro, rubens ſupereminet albo.
Ipſum diſtribuunt ſpecies in quinque magiſtri.
Sed qui tres puros impermixtosque colores
Sic in ſe retinent, vt diſtent limite certo,
His honor amplior eſt, et eorum forma probatur.
Denſior et raro plus fertur habere decoris.
Hic ſolus lapidum ceram conuellere neſcit.
Hic humilem caſtumque decet, vultuque pudentem.
Cuius virtutes alias reperire nequiui.
Partibus hunc noſtris Arabes, ſed et India mittit.

§. 9.

164. *et hinc* pro *in his* A. m. *Albus ineſt nigro atque* Cor. *Albus in his nigro, rubeus ſupereminet albo.* A. Rz. *Albus et hinc niger eſt, rubeus ſupereminet albo.* Cuſ. P. Quae lectio, ait Alardus, impendio plus arridet, niſi eſſent non parum multi, qui rubeum negent probum eſſe vocabulum. 165. *Iſtum* A. 166. *Sed quaſi* P. Cuſp. 167. *cum* pro *vt* T. *diſtent vt lumine certe* Vin. 168. *fama* pro *forma* V. 169. *clarus* pro *raro* B. 170. *cum ceram vellere* Vin. *neſcit conuellere ceram* A. 171. *vultumque* A. *multumque pudentem* Rz. *facit multumque pudicum* Cuſ. P.

170. Adhibuiſſe veteres ceram ad obſignandas litteras, translaticium eſt. Gemmam annulo inſertam, ne cera adhaereſceret, madefaciebant plerumque ſaliua. Ovid. *triſt.* 5, 4, 5:

Flens quoque me ſcripſit; nec qua ſignabar, ad os eſt
Ante, ſed ad madidas gemma relata genas.

Idem *amor.* 2, 15, 15:

Idem ego, vt arcanas poſſim ſignare tabellas,
Neue tenax ceram ſiccaue gemma trahat,
Humida formoſae tangam prius ora puellae.

Huc ſpectat *gemma vda* apud Iuvenal. 1, 68, quam ſcholiaſtes dicit ſaliua tactam propter ſignaculi impreſſionem. Sardonyches olim placuiſſe, refert Plinius, quoniam ſolae prope gemmarum ſculptae ceram non auferrent. Inde Iſidor. 16, 8: *haec ſola in ſignando nihil cerae euellit.* Sic noſter: *ceram non conuellit.* Plinius laudat quoque ſardam p. 780. quod partem cerae in ſigno non teneat.

Digitized by Google

§. 9.

De onyche.

At collo ſuſpenſus onyx digitoue ligatus,
In ſomno lemures et triſtia cuncta figurat.
Multiplicat lites, et commouet vndique rixas.
Dicitur et pueris nimias augere ſaliuas.
Hanc quoque dant nobis Arabes, dat et India gemmam.
Haec etiam quinas ſpecies perhibetur habere.
Nomen ab vngue trahens Graeci ſermonis in vſu,
Nam quos nos vngues noſtro ſermone vocamus,
Hos ὀνυχας patrio ſolet ille tenore vocare.
Sardius at praeſens ſi ſit tibi, non nocet onyx.

§. 10.

174. *Collo, ſuſpenſus onyx.* Sic Marbodus, qui pro inre ſuo priore producta vſus eſt. Nos autem manente ſenſu incolumi mutauimus. ALARDVS. *Et collo* A. m. *At collo* Vin. 175. *Inſomnes* Vin. Cuſ. P. A. Aldrov. *repellit* P. A. m. Cuſp. 177. *in parvis* P. 180, 181, 182. deſunt in Victorino, in P. Cor. Vin. Cuſp. ſed adſunt in A, et apud Aldrovandum. 182. *ſi ſit, nil laedet onyx te.* Ita Cornarius, fortaſſe eo conſilio, vt purgetur verſus vitio, quod in prima vocis vltimae ſyllaba recurrit.

175. *Figurat*, hoc eſt: repraeſentat, effingit, ob oculos proponit. Sic Curtius 7, 1, 36. *vtinam non inanes ſpecies anxio animo figuraret.* Neque probatur mihi lectio: *repellit.* Quidquid enim de onyche refertur, non laudis eſt, ſed in vitio ponitur. Accedit etiam auctoritas Alberti Magni 2, 2, 13. p. 234: *Aiunt, quod collo vel digito ſuſpenſus, excitat triſtitiam et timores et in ſomno phantaſias terribiles, et multiplicare fertur triſtitias et lites.* Denique de locis, vnde veteres hunc lapidem, quem maximae molis habuerunt, petierint, ſubtiliter nuper diſputauit vir, in mineralogia cum veterum tum recentiorum vel inprimis nobilis, A. F. de Veltheim: *Etwas über die Onyxgebirge des Eteſias und den Handel der Alten nach Oſtindien.* Helmſtädt, 1797. 8.

Digitized by Google

§. 10.

De ſardio.

Sardius a Sardis eſt, a quibus ante repertus,
Sortitus nomen. Rubei ſolet eſſe coloris. 184
Hic inter gemmas viliſſimus eſſe probatur,
Praeter fulgorem cum nil ferat vtilitatis;
Excepto quod onyx nequit hoc praeſente nocere.
Huic quoque dat quinas ſpecies ſtudioſa vetuſtas.

§. 11.

De chryſolitho.

Auro chryſolithus micat, et ſcintillat vt ignis. 190
Iſte mari ſimilis, quoddamque viroris adumbrans.
Eſſe

184. *receptus* T. 185. *rubri* Cor. 186. *putatur* A. *vtiliſſimus* B. 191. *quiddam* Vin. P. *quoddam* A. *quiddamque* Cor.

184. Plinio vocatur *Sarda*, ſed iam Tertulliano *adv. Marc.* 2, 10. et Iſidoro 16, 8. p. 386: *Sardius*. Videtur omnino idem lapis eſſe, quem hodie plerumque appellant corneolum ſ. carneolum. *Sarda*, ait Plin. 37, 7. *gemma vulgaris et primum Sardibus reperta*. Sed Salmaſio monente legendum videtur *Sardis*. Sic praeter noſtrum Iſidorus: *Sardius dicta eo, quod primum reperta ſit a Sardis*. Nomen igitur impoſitum eſt non a Sardibus, Lydiae vrbe, ſed inſula Sardinia.

190. Chryſolithi nomen in ſcriptis Graecorum veterum non niſi in ſacris litteris *apocal.* 21, 20. et *exodi* 28. legitur, frequens autem eſt in libris latinis. De hac gemma copioſe et acute egit von Born, in *Abhandlungen einer Privatgeſelſchaft in Böhmen.* 2. pag. 16. cuius amici praematuram mortem vsque doleo. Probauit argumentis, chryſolithum Plinii eſſe eandem gemmam, quam Graeci vocant τοπάζιον, topazium, hanc vero diuerſam eſſe a topazio Plinii. Sunt autem chryſolithi Plinii non vnius generis; aliae videntur eſſe hyacinthi, aliae cryſtalli infumatae, *Rauchtopaſe*, aliae etiam quarza flauo colore translucentia. Conf. Braun *de veſtitu ſacerdotum hebraeor.*

Digitized by Google

Esse phylacterium fixus perhibetur in auro.
Contra nocturnos fortis tutela timores.
Pertusus setis si transiiciatur aselli,
Daemones exterret, et eos agitare putatur.
Traiectum laeuo decet hunc gestare lacerto.
Aethiopes legimus nobis hanc mittere gemmam.

§. 12.

De beryllo.

Conspicuos reddit sexangula forma beryllos.

Quae

192. *nocturnus prohibet fortis* A. 194. *Percussus* T. *transmittatur* Rz. 195. *Daemonicos terret, et* Rz. 196. *portare* B. Rz. 197. Versus octo, qui sequuntur, in editione Rantzovii pertinent ad lyncurium.

hebraeor. 2. p. 509. cui multa iam perspecta et cognita fuerunt, quae postea edocuit von Born.

192. Minutiùs quidem, sed tamen obiter annotandum, non satis constare carmen hoc, quod antepenultimam productam habuit in phylacterion, quandoquidem per η scribatur. ALARDVS.

194. Vincentius Bellovac. ex libro *de natura rerum*, cuius iactura incommode accidit: *chrysolithus auro micat, et vt ignis scintillat. Qui si perforatus fuerit, et foramen setis asini repletum fuerit, daemones exterret et exagitat.* Albertus M. 2, 1. 8: *fertur, quod perforatus et setis asini in foramine repletus, et brachio ligatus sinistro, fugat terrores et melancholicas passiones.*

198. *Beryllus (βήρυλλος) in India gignitur*, inquit Isidor. 16, 7. *gentis suae lingua nomen habens.* Parum abest, quin beryllum veterum eundem esse lapidem existimem, quem etiam nos ita appellamus, nimirum et gemmam eiusdem nominis et *aquam marinam* ad schörlitem proxime accedentem. At rationes huius sententiae afferre longum est. Iudicent, velim, lectores ipsi.

Contra syllabae rationem corripuit primam. Propertius 4, 7, 9: *Et solito digitum Beryllon adederat ignis.* Iuven. sat. 5, 38: *Heliadum crustas et inaequales beryllos.* Rhennius (Priscianus) *perieg.* 935: *Quod fert berylli munus, pretiosius auro, Berylli lapidem liquidum glaucique coloris* — — Prudentius autem *Psych.*

Digitized by Google

Quae niſi fiat, hebes his pallor ineſſe videtur.
Eximios oleo ſimiles lymphaeue marinae
Eſſe volunt, et eos probat horum gnara vetuſtas.
Hic lapis ad noſtras partes deſcendit ab Indis.
Hic et coniugii geſtare refertur amorem,
Et ſe portantem perhibetur magnificare.
Dicitur et ſeſe ſtringentis adurere dextram.

Infir-

199. *Quodni* R. T. *Quod niſi* A. Cor. Rz. Aldrov. *Quae niſi ſit* P.
200. *Eximiae violae* A. *geſtare* Aldr.
203. *Hic quoque* Vin. *praeſtare* pro
205. *geſtantis* T. P. Cuſ.

Pſych. 855, vt Marbodus, primam corripuit: *Hinc ſibi ſapphirum ſociaverat, inde beryllum.* Haec leuicula non tam ſubinde admonerem, niſi perſpicerem, hanc diligentiam veluillud praeſtaturam, ne poſthac Marbodi verſus facile queant depravari, aut ſi deprauati fuerint, iis adminiculis poſſint reſtitui. ALARDVS.

199. Plin. 37, 6. p. 776: *poliuntur omnes ſexangula figura artificum ingeniis, quoniam hebeſcunt, ni color ſurdus repercuſſu angulorum excitetur. Aliter enim politi non habent fulgorem eundem.* Haec Solinus ita reddidit: *beryllos in ſexangulas formas Indi atterunt; vt hebetem coloris lenitatem angulorum repercuſſu excitent ad vigorem.* Sunt, qui inde deducant verba *brillare, briller*, quae de corpore quocunque dicuntur, quod inſignem vulgorem habet. Confer. *Dizionario della accadem. della cruſca* et *Diction. etymologique par* Ménage.

205. *Stringentis* legendum cenſeo. Nam Vincentius Bellov. p. 518. ex Helinandi mortui anno 1227. *chronicor.* lib. 10. haec ſeruavit verba de beryllo: *dexteram ſtringentis adurit. Aqua, in qua iacet pota, valet infirmis oculis*, caet. Ad fabulam explicandam faciunt verba philoſophi a Vincentio allata: *beryllus eſt lapis conſpicuus, oleo vel aquis marinis colore ſimilis. Radium ſolis ad ſe trahit, qui ſcilicet radius lapidem ſine continuitatis ſolutione penetrans, ex altera parte lapidis, quae ſcilicet remotior a ſole, ſtuppas et panniculos et quaecunque ſicca et comburenda facile attrahit et accendit. Ma-*

Digitized by Google

Infirmis oculis, in qua iacet, vnda medetur,
Potaque ructatus simul et suspiria tollit.
Hepatis et cunctos fertur curare dolores.
Istius esse nouem species voluere magistri.

§. 13.

206. *in quis* P. 207. *Pota simul ructus, simul et* A. Aldr. 208. *Et cunctos hepatis* Vin. Cus. P. A. Rz. Aldr. 209. *dixere* A. m. Aldr.

num quoque se tenentis adurere dicitur. Haec e libro Aristotelis *de gemmis*, qui supposititius habetur, desumta videntur, quem librum nunquam impressum magnopere desidero. Apud Bartholomaeum Anglicum *de proprietat. rerum* lib. 16, 21. p. 727. e libro Dioscoridis hodie ignoto: *humidos oculos sanat, manum gestantis exurit, si solis radio opponatur.*

206. Viriditas puri maris, quam, vt ait Plinius, imitantur berylli, in causa fuit, cur vario modo inde medicinam oculis parare conati sint veteres, adeo quidem, vt lapidem in subtilissimum puluerem redactum inspersserint oculis. Conf. Boetius de Boot 2, 71. p. 215. Potest etiam fieri, vt puluis subtilissimus oculis insperſus fricando seu atterendo auferat interdum nebulas aut nephelia, quae in oculorum superficie existere solent. Neque a vero abhorret coniectura, prima conspicilla facta esse e vitro viridi, colore berylli, cuiusmodi etiam nunc visui saluberrima in vsu sunt, eaque propterea vocata esse *Brille*, quod nomen statim post inuentionem receptum ac vsitatum legimus. Lectu digna sunt verba Joh. Buschii, qui *chronicon Windrsem.* scripsit 1475, lib. 2. c. 42: *non per vnum solum, sed per duos simul, siue per beryllum duplicem legere consueuerat.* Quin etiam maiores nostri *Barill* dixerunt pro *Brill*, neque aliter Matheſius loquutus est in *Sarepta.* Beryllos vero crystallum tingendo adulterare Indi repererant iam Plinii aetate, atque vitrum sine magno artificio ita tingitur, cum vel paululum ferri, quod sponte accedit, efficiat viriditatem.

Digitized by Google

§. 13.
De topazio.

Nominis eiusdem Topazion insula gignit,
Qui quanto rarior, tanto magis est pretiosus.
Hic species tantum binas perhibetur habere.
Alterius puro color est vicinior auro.
Clarior alterius tenuisque magis reperitur.
Fertur haemorrhoicis idem lapis auxiliari;
Quodque magis mirum, limam sentire putatur.
Feruentes etiam compescere dicitur vndas.
Gignit et hunc Arabum gemmis ditissima tellus.

§. 14.

210. *mittit* Vin. 211. *rarus* P. Cor. Vin. Rz. *rarius* Beaug. *Qui quo rarior est*, A. 212. *tamen* pro *tantum*. Vin. 213. *Alcerius* V. *Alteresius*, sic legit Petus interpres Gallus. 215. *Hic haemorrhoicis fertur lapis* Cor. 216. *limam* P. Cor. *limam* A. Rz. Vin. Cus. 217. *eadem* pro *etiam* Cor. 218. *Hunc Arabum gignit tellus ditis. gemmis*, A. *gentis* pro *gemmis* Rz.

210. De insula maris rubri, vnde topazii innotuisse et cognominatae dicuntur, omnia veterum loca collegerunt Salmasius ad Solinum, Michaelis in *Fragen an die Reisenden in Arabien* p. 294. von Born a nobis iam ad v. 190. laudatus, atque Cellarius *geograph. Africae* p. 94. Idem de nominis origine disputarunt, de qua conf. etiam Vossii *etymolog.* Eo etiam saeculo, quod medium vocant, topazios magni pretii fuisse, vel ex relatione Matthaei Paris apparet, qui de imperatore Friderico II. ad annum 1246 ait, *quae prius promiserat et in scriptis redacta, topazio suae maiestatis signauerat.* Plura exempla praebet Du Cange.

216. *Limam* legendum, non *lunam*, probatur auctoritate Plinii p. 781: *eadem sola nobilium limam sentit, caeterae cotibus poliuntur.* Hoc idem est, quod noster mirum praedicat. Haemorrhoidi, qui morbo haemorrhoidum laborant.

217. Vincent. Bellov. ex Arnoldo: *vndas feruentes compescit, easque bullire prohibet.* Idem ex Aristotele: *si supra rem bullientem suspenditur, cessant ampullae* (bullae) *ipsius.* Albertus Magnus: *Expertum est in nostro tempore, quodsi in aquam bullientem immittatur, ita deferuere facit, quod statim manu immissa extrahitur, et hoc fecit Parisiis vnus de nostris sociis.*

Digitized by Google

§. 14.

De hyacintho.

Hyacinthi ſpecies docti tres eſſe loquuntur;
Nam ſunt granati, ſunt citrini, venetique.
Confortatiuae cuncti virtutis habentur,
Triſtitiamque fugant et vanas ſuſpiciones.
Granatos praefert gemmarum quisque peritus.
His rufus color eſt, et rarius inueniuntur.
Caeruleus veneto, qui protinus aëra ſentit,
Nubilus obſcuro, rutilans clarusque ſereno.
Optimus huic tenor eſt, quem non aut denſior aequo
Obſcurat ſuccus, aut rarus perſpicuum dat.
Sed flos purpureus mixtum componit vtrumque.
Hic et in os miſſus plus frigidus eſſe putatur.
Duritie ſolida caedi ſculpique recuſat,

Fragmen-

219. *doctis tres eſſe feruntur.* Rz. Verſus hic plane vitioſus eſt, poſſet vtcunque ſic reſtitui: *Tres et hyacinthi ſpecies docti eſſe loquuntur.* ALARDVS. 221. *Confortatricis* Rz. 222. *Triſtitiasque* Cor. 225. *ſcindit* pro *ſentit* Rz. 227. *quem non depreſſior aequo* P. Cuſ. *quod non aut denſior aequo* Rz. 228. *viſus* pro *ſuccus* Rz. 229. *vtroque* A. B. *vtrumque* P. Vin. Cuſ. *mixtus componit vtrumque* Cor. Scholiaſtes Solini adducit: *Rarum perſpicuum dat, et mixtum componit vtrumque.* Alardus. 230. *nequitur* pro *putatur* Viu. Cuſ.

219. Haec maxima ex parte Solini ſunt cap. 30. §. 32. Mihi quidem argumenta adhuc deſunt, quibus vel affirmare vel negare poſſem, veterum hyacinthos eſſe eosdem lapillos, quos hodie vocamus veros hyacinthos; etſi ſint mineralogi, qui granatos colore dilutiori oſtendant pro hyacinthis. Neque dubitare licet, quin etiam nunc gemmae pleraeque, quae hoc nomine veneunt, propius ad granatos quam ad topazios accedant, cum veri hyacinthi orientales, quod attinet ad cryſtallorum formam, conueniant multo magis cum topaziis noſtris.

221. Verba: *confortare* pro firmare, corroborare, *medicamenta confortantia* ſ. *confortatiua*, ſunt noua, quae medici ſubinde in ore habent.

225. Solinus: *ſentit auras, et cum coelo facit, nec aequaliter rutilat, cum aut nubiloſus eſt, aut ſerenus dies.*

Digitized by Google

Fragmentisque tamen ſuperabilis eſt adamantis.
Pallida citrinos facies probat inferiores.
Sed quodcunque genus collo ſuſpendere poſſis,
Vel digito portes, terras ſecurus adibis,
Nec tibi peſtiferae regionis cauſſa nocebit.
Sed magis hoſpitibus cenſebere dignus honore;
Iuſtaque ſi qua petes, nullam patiere repulſam.
Aethiopes nobis transmittunt hanc quoque gemmam,
Cum multis aliis vitae communis in vſus.

§. 15.

De chryſopraſo.

At chryſopraſum lapidum domus, India, mittit.
Hic porri ſuccum referens, mixtusque colore,
Aureo-

232. *tantum* pro *tamen* P. Vin. Cuſ. A. Cor. Rz. 233. *facit* pro *praebet* Cor. 235. *abibis* Vin. *obibis* P. Rz. Cuſ. 238. *Iuſtaque ſi petis* Vin. 239. deeſt in Vin. 240. Hunc verſum ſoli habent Alard. ac Aldrov. 241. *chryſopraſſus* B. Rz. *chryſopraſius* Cor. *chryſopraſus* A. P. Cuſ. *lapidem* Cuſ. A. P. Rz. 241–245. deſiderantur in cod. Vindob. ſed adſunt in ed. Cuſp. 242. *mixtumque colorem* P. Cuſ. *mixtoque colore* Rz.

241. Sunt varia nomina gemmarum aureo colore fulgentium, quorum confuſio tanta eſt, vt aegre emendetur, neque ſcio, an operae pretium ſit emendare. Quae gemma a noſtro vocatur *chryſopraſus*, vocatur Plinio p. 782. *chryſopraſius*, *porri ſuccum referens*, *ſed paululum declinans a topazio in aurum.* Eadem Solino c. 52. §. 66. dicitur *chryſopraſus.* Ab hac diuerſa eſſe videtur gemma, quae noſtro Marbodo §. 60. dicitur *chryſopaſius* ſ. *chryſopation* in edit. Ranz. ſ. *chryſopacion* in ed. Beaugr. Haec eſt Solino cap. 30. §. 34. *chryſopaſtos.* Plura verba hoc de argumento fecit Salmaſius *ad Solin.* p. 289 et 778, ſed neſcio, an multum effecerit. Monet Conr. Gesnerus, non recte ſcribi *chryſopraſſus* vel *chryſopaſſus*, vel *chryſopraſius* quinque ſyllabis; at in omnibus Plinii editionibus legitur *chryſopraſius.* Conf. libellus *de figuris lapidum* pag. 75. b. et pag. 76.

Digitized by Google

Aureolis guttis quaſi purpura tincta renidet.
Quas habeat vires potui cognoſcere nondum;
Sed tamen eſſe reor, nec fas eſt omnia noſſe.

§. 16.

De amethyſto.

Purpureus color ac violaceus eſt amethyſto,
Vel quaſi gutta meri ſolet aut roſa munda videri.
Quidam marcidior velut euaneſcit in album,
Vt corruptus aqua vini rubor ineſſe putetur.
India mittit eum gemmarum maxima nutrix.
Hic facilis ſculpi, contrarius ebrietati,
Carus haberetur merito, ſi rarior eſſet.

At

243. *quas* pro *quaſi* Cuſ. *renitet* P. Cuſ. *refulget* A. 244. *nondum cognoſcere quini* A. 245. *nec enim fas omnia noſſe* A. 246. *aut* pro *ac* Vin. 247. *Qui quaſi* A. *grana meri* Rz. *maris* pro *meri* Vin. 250. *virtus* pro *nutrix* Vin. 252. *ſi varus adeſſet.* V. Vin. *varior* pro *rarior* Rz.

244. In vulgatis lapidum libellis habetur, chryſoprafium ad perſuadendum valere in rebus bonis, et obſcuritati viſus conferre, quod ſane coloris viridantis ratione euenire probabile eſt. Quare aut his omnibus vetuſtior eſt horum verſuum auctor, aut his parum fidei habuit. CORNARIVS.

246. Sine controuerſia hic lapis eſt quarzum amethyſtinum, minime infrequens, vel cryſtallus colore violaceo. At quid eſt roſae nitor et vini color in amethyſto? De vtroque loquitur Plinius 37, 9. ſeg. 40. p. 783, cuius tamen verba ex Iſidoro emendanda videntur. Saltem color vini gallici, quale nobis mittitur, rectius topazio, quam amethyſto tribuitur. Igitur vina, quae rubra vocamus, cogitauit antiquitas. Ita ſenſit Marbodus, commemorans ruborem vini aqua corruptum ſeu dilutum. Recte Plinius: *perlucent autem omnes violaceo colore.*

Digitized by Google

At nunc negligitur, quoniam communis habetur.
Huic quoque dat ſpecies veterum ſolertia quinque.

§. 17.

De chelidonio.

At chelidonius lapis eſt, quem gignit hirundo,
Ventre gerens pretium quo digna ſit ipſa necari.
Nec de fulgentum numero lapis iſte putetur.
Paruus et informis, ſed nulli viribus impar,
Praeclaros quosdam lapides praeit vtilitate.
Huius ſunt binae ſpecies, geminique colores;
Nam niger et rufus caeſo de ventre trahuntur.
Cedit geſtato lunatica paſſio rufo.
Curat et inſanos, et languores diuturnos.
Facundos facit et gratos, multisque placentes.

Ex

252. *quando* pro *quoniam* A. *non* pro *nunc* Vin. 254. *ſententia* pro *ſolertia* P. A. Rz. Cor. Cuſ. ſed *ſolertia* Vin. In Victorino codice huic verſui ,interſeruntur duo ſequentes verſus, ſed manu longe recentiori, licet aliquatenus antiqua:

Hicque facit vigiles, tollitque malos cogitatus.
Hic intellectum confertque bonum lapidiſtae. BEAUGENDRE.

255. *Et* pro *At* Vin. *eſt lapis hic* Cor. 256. *ſit* pro *ſit* Rz. 257. *eſſe* pro *iſte* P. 259. *Quosdam praeclaros* Cor. *quondam* Vin. *premit* pro *praeit* P. Vin. Cuſ. 260. *geminae* pro *binae* A. Vin. Cor. 261. *tum* pro *de* T. *feruntur* P. Cuſ. 264. *multumque* T. *facundum — gratum — placentem.* Vin.

255. De lapillis, qui Plinio lib. 11, 37. ſeg. 80. chelidonii, et eidem lib. 37. ſeg. 56. p. 789. chelidoniae vocantur, diſputatum eſt ad v. 74.

Quid ſi legas? *Atque chelidonius.* Ad eundem modum errauit et Macer (de herbis 1, 56.): *Indeque nomen habet chelidonia.* Rhennius (Priſcianus *perieg.* v. 538.): *Fama chelidonias celebrat, quas nomine terras.* Columella (lib. 11. v. 415.): *Purpureaeque chelidoniae pinguesque mariſcae.* ALARDVS.

262. Lunaticos dixit comitiali morbo affectos, qui fere interlunio corripere ſolet, et his etiam peculiaris eſſe, qui interlunio nati ſunt. CORNARIVS.

Digitized by Google

Ex lino facto decet hunc inuoluere panno,
Et sic in chela clausum portare sinistra.
At niger in panno, pacto gestatus eodem,
Ad finem dignum susceptа negotia ducit,
Obsistitque minis, et regum mitigat iras;
Et dilutus aqua languentia lumina sanat,
In panno croceo lini sub tegmine texto.
Ipse lapis positus febres extinguere fertur,
Et simul humores compescere quosque nociuos.

§. 18.

De gagate.

Nascitur in Lycia lapis prope gemma gagates,
Sed genus eximium longinqua Britannia nutrit.

Luci-

266. *in theca* Rz. 271. *In croceo panno* Cor. 273. *expellere* A. *furores* pro *nocinos* P. 274. *et prope* P. Vin. Cus. Aldr. 275. *foecunda* Brit. A. Cus. Aldr. *gignit* T. *mittit* P. Cor.

266. Perdiu misere me torsit hic locus plane depravatus; coniecturis aliquot adducor legendum: *Et si sub chela* caet. Χηλη enim scorpionum et cancrorum brachia dicuntur. ALARDVS.

Sane *chela* est brachium, lacertus, quod Du Cange probauit auctoritate Abbonis, poetae saeculi noni, *de obsidione Lutetiae a Normannis*. Non leuis est coniectura, quam fecit Velthusen in *Commentar über das hohe Lied* p. 190, poetam elegisse consulto et cogitato hoc nomen insolitum, quia quodam modo cum *chelidonio* conuenit, quo, pro istius aetatis superstitione vel stultitia, vsus iste probabilior censeretur. Auctores Marbodo fere aequales laudati a Vincentio Bellovac. lib. 8. cap. 53. p. 521, praecipiunt lapidem panno immissum circumligari in sinistro aegroti brachio (vtor vero ipsis eorum verbis); alii volunt portari lapidem in brachio sinistro, alii sub ascella (axilla) sinistra.

274. Plinius lib. 36. seg. 34. p. 749: *gagates lapis nomen habet loci et amnis Gagis Lyciae. — Niger est, planus, pumicosus, non multum a ligno differens, leuis, fragilis, odore, si teratur, grauis.*

Digitized by Google

Lucidus et niger eſt leuis, et laeuiſſimus idem.
Vicinas paleas trahit attritu calefactus.
Ardet aqua lotus, reſtinguitur vnctus oliuo.
Prodeſt geſtatus tumidis intercute limpha,

Et

276. Verſus, qui hunc excipiunt in editione Ranzoviana, ſunt verſus 114–128, male huc transpoſiti; qui vero h. l. deſiderantur, temere relati ſunt ad heliotropiam. 278. *reſtringitur* Cuſ.

grauis. — Cum vritur, odorem ſulphureum reddit. Mirumque accenditur aqua, oleo reſtinguitur. Fugat ſerpentes ita, recreatque vuluae ſtrangulationes. Deprehendit ſonticum morbum, et virginitatem, ſuffitus. Idem ex vino decoctus, dentibus medetur. Priſcianus *perieg.* v. 581: *Perfulget nigro ſplendore gagates Hic lapis, ardeſcens hauſtu perfuſus aquarum; Aſſi oleo perdens flammas, mirabile viſu; Attritas rapit hic teneras, ceu ſuccina, frondes.* Nicander in *theriacis*, vbi de ſerpentibus fugandis canit v. 37:

Ἄλλοτε δ' ἀζαλέην καλῶν
ἐγγαγγίδα πέτρην,
Ἣν οὐδὲ κρατερὸν πυρὸς περικαίνυται ὁρμή.
Aut flammis etiam petram mandare gagatis
Arentem, rapido quae non conſumitur igne.

Et v. 45:

Ἣ σύ γε θρήισσαν ἐνὶ φλέξας πυρὶ λᾶαν
Ἣ δ' ὕδατι βρεχθεῖσα σελάσσεται, ἴσβεσε δ' αὐτὴν
Τουτδὸν ὅτ' ὀδμήσηται ἐπιῤῥανθέντος ἐλαίου.
Threicium pariter Vulcano trade lapillum,
Qui lymphis madidus flamma collucet, at idem
Protinus affuſo flammam reſtinguit oliuo.

Sed non attinet plura huc referre, quandoquidem de gagate abunde diſputauimus, et reliqua veterum verba collegimus ad Ariſtotelis *mirabiles auſcultat.* p. 84 et 258. et ad Antigoni Caryſtii *hiſtor. mirab.* p. 198. 225. 227. Sunt res cognatae, gagates et lapis Thracius, nec eſt, cur Plinius reprehendatur, qui gagatae tribuit, quae alii de lapide Thracio commemorarunt. Qui medicinas cognoſcere vult, quas ex aſphalto et petroleo, quod vtrique ineſt, parant medici noſtri, is legat Gmelini *apparatum medicaminum e regno minerali* p. 152. 153.

276. Lapis eſt parui ponderis et lubricus, ſeu tactu minime aſper.

Digitized by Google

Et dilutus aqua dentes firmat labefactos. 280
Per ſuffumigium mulieri menſtrua reddit.
Accenſus prodit fumi nidore caducos,
Effugat immites ſimili ratione chelidros.
Idem daemonibus contrarius eſſe putatur.
Euerſos ventres iuuat, et praecordia tenſa. 285
Vincit praeſtigias, et carmina dira reſoluit,
Et ſolet, vt perhibent, deprehendere virginitatem.
Praegnans potet aquam, triduo qua merſus habetur,
Quo vexabatur, partum cito libera fundit.

§. 19.

De magnete.

Magnetes lapis eſt inuentus apud Troglodytas, 290
Quem lapidum genetrix nihilominus India mittit.
Hic

281. *Cuius fumigium* A. 282. *prodeſt fumi nidore caducis.* A. m. Rz. Vincent. Bel. *nitore* Cuſ. 283. *fimul* Rz. 284. *Inde* pro *Idem* P. Ald. *videtur* pro *putatur* Bel. Ordo horum verſuum eſt: 283. 285. 284. 286. P. Cnſ. Aldr. 285. *tonſa* Rz. *ſanat* pro *tenſa* Bel. 286. *praeſtigia* B. 289 *fundet* Rz. *fundit cito libera partum* Bel. *Hic* definit, nec vltra progreditur qui ad me miſſus eſt mſ. codex Turonenſis. B. 290. *Magnes hic* Cor. 291. *lapidem* Cor. Aldr. *nutrit* Rz.

281. Veteres nec *ſuffumigium*, nec *ſuffumigationem* dixerunt, ſed *ſuffimen*, *ſuffimentum*; at recentiores iis vocabulis vſi ſunt; conf. Du Cange et Voſſius *de vitiis ſermonis*. Interrogat Alardus, an ſit forte legendum: *Cuius ſuffitus?*

282. *Caducus*, qui morbo laborat comitiali, epilepticus.

285. Venter dicitur euerti, cum ſtomachus ob nauſeam vomiturit. ALARDVS.

287. Albertus M. *de mineral.* 2, 2. cap. 7. *aiunt de expertis eſſe, quod ſi colatura, et eius lotura cum raſura detur virgini, bibita retinebit eam, quod non minget. Si autem non eſt virgo, ſtatim minget; et ſic debet probari an ſit virgo.*

290. Magnes, qui noſtro male dicitur magnetes, ferrum attrahens videbatur veteribus adamare ferrum, atque eum ferrum Marti ſacrum

Digitized by Google

Hic ferruginei cognoſcitur eſſe coloris.
Cui natura dedit vicinum tollere ferrum.
Deendor magus hoc primum dicitur vſus,
Conſcius in magica nihil eſſe potentius arte. 295
Poſt illum fertur famoſa venefica Circe
Hoc in praeſtigiis magicis ſpecialiter vſa.
Hinc et apud Medos, cum res veniſſet in vſum,
Detexit lapidis magis experientia vires.
Nam qui ſcire cupit, ſua num ſit adultera coniux, 300
Suppo-

292. *aeruginei* Rz. 293. *Eſt cui naturae* B. *Et vi naturae* P. Rz. Vin. Cuſ. *Cui natura dedit* Cor. A. Aldr. 294. Interſtitio verſuum adſcriptum erat in exemplari bibliothecae Haecmundenſis: *Edegor, Deucalion, Ededon, Decedon.* Verum, vt fatear ingenue, nihil quidquam comperti de hoc mago potui ſubodorari. ALARDVS. *Deendon* R. Vin. *Dededan — primum fere dici* P. *Edendon — inprimis* Rz. *Devindus — inprimis* Aldr. *Deucalion — inprimis* Cor. *primum fore* Vin. 298. *Hic* pro *Hinc* V. P. Vin. Cuſ. 299. *lapidem* Cuſ. 300. *ſi* pro *num.*

crum erat, magnetem Veneri aſſignabant. Sic Claudianus *idyll. 5. de magnete*, deſcribit ſtatuam Veneris e magnete, quae ſignum Martis ferreum ſolemni ſacro rapiat, quo quaſi complexu coniugium Martis cum Venere luſiſſe videntur ſacerdotes. Hinc iſte magnetem dixit magneticam Veneris gemmam. Iam facile intelligitur, quid in cauſſa fuerit, vt adulterii indicem opinati ſint veteres. Ad illum Claudiani locum retulit Barthius teſtimonium Theophraſti *de lapidibus* §. 73. tanquam probantis e magnete factas eſſe olim imagunculas. At ἡ μαγνῆτις, quam lapidem τορνευτὸν, tornatum, tornatilem dicit, prorſus alius generis fuerit, neceſſe eſt, quoniam argento ſimilem eſſe Theophraſtus praedicat; magnes autem, ferrum qui trahit, prorſus ferruginei eſt coloris. Poteſt fieri, vt magnes Theophraſti ſit talci argentei vel lunaris ſpecies.

294. *Quem hominem ego, qui ſit homo, neſcio, neque noui; neque natus, nec ne is fuerit, id ſolide ſcio.* Plautus *trinum.* 4, 2, 7.

300. Haec iam in Orphei poemate *de lapidibus* X, 10. p. 318. vnde latine adſcribamus: *ego coniugem tuam iubeo te explorare, an caſtum ab alieno viro lectum et corpus ſeruet; hunc enim lapidem ferens tecum ſub ſtraguli*s

Digitized by Google

Suppoſitum capiti lapidem ſtertentis adaptet;
Mox quae caſta manet, petit amplexura maritum,
Non tamen euigilans. Cadit omnis adultera lecto,
Tanquam pulſa manu, ſubito foetore coacta,
Quem lapis emittit celati criminis index.
Si fur clauſtra domus ſpoliis gazisque refertae,
Ingrediens, prunas ardentes per loca ponat,
Et ſuperaſpergat magnetis fragmina prunis;
Mox in ea quicunque domo manſere, fugantur,
Vt per tetragonum fumi vapor alta vaporet.
Mentibus ſuerſis, velut impendente ruina,
Diffugient omnes, in ea quicunque manebant,
Et fur ſecurus rapiet quaecunque libebit.
Conciliare poteſt vxoribus ipſe maritos,
Et vice conuerſa nuptas reuocare maritis.
Gratia praeſtatur ſimul, et ſuadela per ipſum,
Sermonisque decor, diſceptandique facultas.

Cum

301. *adoptet* P. 302. *amplexa* B. 303. *Non tantum* B. *Non autem* Cor. *ſecedit* Vin. 304. *terrore* P. Rz. *tenore* Cuſ. *foetore* B. A. Cor. *coacto* Rz. Aldr. 309. Hic verſus deeſt in Redonenſi, etiam in Rz. A. Vin. Cuſ. *referta* Aldr. 310. *fumi calor* P. A. Cor. Vin. Cuſ. Aldr. 311. *impediente* P. Rz. Vin. Cuſ. 312. *Diffugient* Rz. Ald. Porta. *Diffugent* A. *manebunt* P. Rz. A. Cuſ. Ald. 314. *ipſa* B. A. *ipſe* P. Rz. Cor. Vin. Cuſ. 315. *vice verſa* B. verſus deeſt in A. Rz. Vin. Cuſ. 316. *ſimilis* Vin. *tutela* Cor.

iis clam depone, cantillans intra labia demulcentem homines cantilenam. Illa vero ſuaui licet ſomno ſtertens circa te manus extendens, amplecti conabitur. Quodſi vero illam incontinentiis vrget diua Venus, ex alto in terram exporrecta decidet.

310. Hoc eſt, per quatuor angulos. PICTORIVS. Mihi quidem ſuccurrit aliquando, tetragonum eſſe canalem tetragonum ſeu caminum, per quem e domibus noſtris exit fumus, *Schornſtein*, quem fumarium vel fornellum nominarunt ſcriptores medii aeui; at is nondum in vſu erat aetate poetae noſtri. Conf. *hiſtoria inuentionum* vol. 2. p. 441. Penultimam corripit, ſed non ſine auctoritate. Saltem ſic bis Auſonius *eclog.* 2. v. 21 et 42.

Digitized by Google

Cum mulso datus, hydropem purgando resoluit.
Et combusturas super aspersus medicatur.

§. 20.

De corallo.

Corallus lapis est, dum viuit in aequore, vimen.
Retibus inuolsus, vel caesus acumine ferri,
Aëre contactus fit durior et lapidescit;
Quique color viridis fuerat modo, puniceus fit.
Hic velut arbusti ramusculus esse videtur.
Circa semipedem vix longior inueniendus,
Ex quo finguntur gestamina commoda multis;
Quippe salutaris gestantibus esse probatur.

Ipsius

318. *Cum mulsa* Vin. Cus. *purganda* B. *Cum mulsa potus purgando resoluit hydropem.* Cor. 319. *combusturis* Cor. *Partes ambustas* Aldr. Versus 318, 319. desunt in P. 321. *euulsus* Rz. Cor. 322. *contacto* R. A. P. Cor. Rz. Cus. *contactus* B. Bel. Vin. 323. *Quique* B. 324. *Hoc* pro *Hic* Vin. *Et* Cus. 327. *portantibus* R. *putatur* Rz.

319. *Sanant et adusta cremati tritique.* Plin. 36. seg. 25. pag. 747.

320. Scribitur curalium, coralium, corallum, κουραλλιον et κοραλλιον; idcirco prima syllaba producitur ab Ovidio, sicut a nostro, quae corripitur a Claudiano. Pleraque, quae hic leguntur, iisdem fere verbis habet Solinus 2, 41. Conf. Plin. 32. seg. 11. p. 575. Ovid. *metam.* 4, 749:

Nunc quoque curaliis eadem natura remansit,
Duritiem tacto capiant vt ab aere; quodque
Vimen in aequore erat, fiat super aequora saxum.

Conf. *metam.* 15, 416. Claudianus *in nupt. Honor. et Mar.* 10, 169:

Mergit se subito, vellitque coralia Doto.
Vimen erat, dum stagna subit, proceſſerat vndis
Gemma fuit. — Falsa haec esse omnia non ignorant hodie, qui historia naturali vel paululum imbuti sunt.

321. Videntur veteres iisdem instrumentis vsi esse, quibus vtuntur etiam nunc piscatores, quae depicta vide in Krünitzens *Encyclopädie* vol. 44. p. 377. fig. 2566 sqq. Plinius: *occupari, euellique retibus, aut acri ferramento praecidi.*

Digitized by Google

Ipsius est, vt ait Zoroastres, mira potestas;
Et sicut scribit Metrodorus, optimus auctor,
Fulmina, typhonas, tempestatesque repellit
A rate vel tecto, vel agro, quocunque feratur.
Ast in vinetis aspersus, et inter oliuas,
Aut a ruricolis cum semine iactus in agros,
Grandinis auertit calamis contraria tela,
Multiplicans fructus, vt fertilitate redundent.
Vmbras daemonicas, et Thessala monstra repellit.
Introitus praestat faciles finesque secundos,
Collo suspensus pellit de ventre dolorem.

§. 21.

De alabandina.

Est Asiae regio, quae nomen habens Alabanda,

Fert

328. *Illius, vt dixit*, P. 329. *maximus* P. A. *quam optimus* Cor. 330. *typhonicas* Bel. 331. *geratur* A. Rz. Vin. Cus. Bel. 332. *olina* A. 333. *Aut inde auniculos* Bel. *sparsus* Rz. *in agris* A. *in agrum* Vin. 337. *faciles praestat* Cor. 339. *Ast* A. *habet* P.

328. Solinus: *Habet, vt Zoroastres ait, materia haec quandam potestatem. — Metrodorus, quod resistat typhonibus et fulminibus affirmat.*

333. Haec iam Orpheus *de lapid.* 15, 85, vnde latine reddam: *comminutum fere flauae Cereri miscens. Et omnem tibi pestem ex aruis tuis squatoresque expellet, spicarum succum exhaurientes, noxiumque grandinem, infinitis telis agro vulnus inferentem insanabile.* — Vtinam noster *grandinis tela* acceperit, nondum potui explorare. Sane non credo, eum suo ex ingenio ista deprompsisse, neque verisimile est, nouisse eum Orphei *βίλεμνα τῆς χάλαζης.*

336. *Somnia, terrores magicos, miracula, sagas, Nocturnos lemures, portentaque Thessala vides?* Horat. *epist.* 2, 2, 209.

338. Hic versus tantum in editionibus Pictorii et Cuspin. legitur. Vincent. Bellovac. ex Arnaldo: *coralius collo suspensus epileptici casum prohibet.* Eandem virtutem laudant Albertus M. et Bartholomaeus Anglicus.

339. Alabanda vrbs Cariae, vnde varii lapides Plinio

Digitized by Google

Fert Alabandinam, cuius lux aemula ſardi,
Iudicis ambiguum de nomine fallit acumen.

§. 22.

De corneolo.

Sed neque corneolos lapides memorare pigebit,
Qui licet obſcurum videantur habere colorem,
Non

340. *ſardae* Cor. 341. *Indicis* Rz. *de lumine* Rz. Totum hoc ſegmentum §. 21. deeſt in codice Vindobon. 342. *retinere libebit* A. 343. *ruborem* P. A. Cor. Cuſ.

nio dicuntur alabandici. Is, quem ad carbunculos refert lib. 37, 7. p. 779, idem videtur eſſe, de quo noſter agit. *Alabandici*, inquit, *in Orthoſia caute naſcentes, ſed qui perficiantur Alabandis. — ceteris nigriores ſcabrique.* Hunc *alabandinam* iam vocauit Iſidorus, cuius colorem ad carchedonios accedere perhibet. Alius eſt alabandicus niger, quem fundi ad vſum vitri, auctor eſt Plinius. Illum ſunt, qui magneſiam vitriariorum, *Braunſtein*, eſſe putent; qua de ſententia diſputauimus in *Hiſtoria inuentionum* vol. 4. p. 409. Ex his nullius mentionem fecit Vincentius Bellov. ſed Albertus M. de noſtra gemma haec: *Alamandina ſeu alabandina ruborem habens fulgentem, et eſt lapis clarus fere vt ſardinus.* Apud ſcriptores eius aeui, quod medium dicere ſolemus, frequenter occurrunt haec nomina gemmarum: alabandinae, alabandae, alabandiciae, alamandinae, alavandinae, almandinae, de quibus conf. Du Cange.

342. Hocce nomen in Plinii aliorumque veterum libris nusquam obuium eſt, nec ſcio, an noſter primus eius mentionem iniecerit. Recentiori demum tempore mutatum illud eſt in *carneolum*, quaſi deductum a carne. In libris de Boot, Caeſalpini, Aldrouandi aliorumque legitur iam promiſcue et *corneolus* et *carneolus*. Alberto M. ſcribitur *corneleus*, *lapis eſt*, inquit, *coloris carnei, hoc eſt, rubei, obſcuri, ſicut lotura carnis. Hic apud Rhenum flumen inuenitur frequentiſſime, valde rubeum habens fere colorem ſicut minium* (falſo minimum), *et quando politur, multum micat. Expertum autem eſt, quod*

Non ſpernenda tamen his creditur inſita virtus.
Nam lapis hic digito, colloue gerentis adhaerens,
In diſceptando ſurgentes mitigat iras.
Quique lauaturae carnis par eſſe videtur,
Sanguinis ex membro ſiſtit quocunque fluorem,
Praecipue talem patitur ſi femina fluxum.

§. 23.

De carbunculo.

Ardentes gemmas ſuperat carbunculus omnes;
Nam velut ignitus radios iacit vndique carbo,

Nomi-

344. *huic* P. Cuſ. 347. *bonus* pro *par* A. 348. *quemcunque* P. Rz. Bel. Totum hoc ſegmentum §. 22. deeſt in codice Vindobon.

quod conſtringit ſanguinem, et praecipue menſtruorum et haemorrhoidarum; fertur etiam iras mitigare. Hactenus Albertus M. cuius in editionibus pro *obſcuri* legitur: *abſcinditur*; ſed *obſcuri* inde retulit Matthaeus Sylvaticus *in pandectis*, vbi *cornelius* ſcribitur. Vincentius Bellov. ex Arnoldi libro: *cornelius lapis eſt rufi et obſcuri coloris, vt lauatura carnis; hic collo digitoque ſuſpenſus, iras mitigat, valetque contra quemcunque ſanguinis fluxum, ac praecipue menſtruorum.* Idem ex libro *de natura rerum: corneolus vel ſecundum quosdam cornelius, eſt lapis rubeus perlucidus, ſed obſcuri coloris, inciſae carni ſimilis.* Etiam Bartholomaeo Anglico dicitur *corneolus*. Etſi a ſarda hunc lapidem diſtinguit noſter, tamen plerique iam veteres eundem eſſe cenſuerunt, me non diſſentiente.

350. Duorum generum ſunt lapides, qui Graecis vocantur ἀνθραξ ſ. ἀνθραχιον et Latinis carbunculus. Alter eſt gemma rubino affinis, alter vero nigro colore eſt, ſimilis marmori, qui in Chio inueniebatur. Hos temere confudit Plinius. Namque e carbunculo nigro fiebant ſpecula, non e gemma iſta pretioſiſſima et paruula. Ἀνθραξ ſeu ἀνθραχιον dicebatur gemma ob ſimilitudinem carbonis ardentis, marmori autem illi inditum eſt idem nomen ob colorem atrum carbonis extincti. Conferantur quae hoc de argumento a nobis diſputata ſunt in *Hiſtoria inventionum* vol. 4. P. 3. p. 298.

Digitized by Google

Nominis vnde ſui cauſam traxiſſe videtur,
Sed Graeca lingua lapis idem dicitur anthrax.
Huius nec tenebrae poſſunt extinguere lucem;
Quin flammas vibrans, oculis micet aſpicientum.
Naſcitur in Lybia Troglodytarum regione;
Et ſpecies eius ter ternae, tresque feruntur.

§. 24.

De lyncurio.

Vertitur in lapidem quod ſtillat ab inguine lyncis.
Lyncurium vocitant; et calculus eſt pretioſus.
Nam

353. *Lingua ſed graeca* P. Cuſ. 354. *lumen* Cuſ. 355. *nitet* P. Cuſ. *nocet* Cor. Etiam hoc ſegmentum deſideratur in cod. Vindobon. 359. *Ligiriun* V. *dicunt* P. *lapis eſt tamen hic pretioſus* P. A. Cuſ.

358. Eſt lyncurium e numero eorum lapidum, quorum appellationem hodiernam cum certa fide ſtatuere non poſſumus, itaque de eo auctores variis diſſident ſententiis, quas omnes nunc non aeſtimabimus. Mihi quidem non multum aut fortaſſe non errare videntur, qui cum Agricola et Conr. Gesnero (in annotat. ad Epiphan. *de XII. gemmis* pag. 21. b.), quem ego auctorem vehementer ſequor, credant, eſſe lyncurium ſuccinum puriſſimum ac pellucidiſſimum, quam ſententiam nuper probatam legimus in libello, qui inſcribitur: *Memoria ſul lincurio del cavaliere Carlo Antonio Napione.* Roma, 1795. 4. quamquam is quidem auctor nihil quidquam nouum protulerit. Attamen ſunt, quae dubitationem afferre queant. Namque Theophraſtus *de lapid.* §. 50, 51, 52. quo auctore omnes qui de hac re quidquam prodiderunt, vſi ſunt, primum de lyncurio, deinde de ſuccino, tanquam de rebus prorſus diuerſis, loquitur. Idem etiam refert, fieri e lyncurio ſigna, γλύφεται τὰ σφραγίδια, atque eſſe gemmam, quae difficulter perficiatur; γίνεται δὲ καὶ κατεργασία τις αὐτοῦ πλείων. Atqui haec in ſuccinum noſtrum non conueniunt. Sed nolo dilatare hoc argumentum, de quo iam in *Hiſtoria inuentionum* vol. I. p. 241, multa a nobis ſcripta ſunt. Lyncem eſſe animal, cui idem nomen ſeruauit recentior aetas,

Digitized by Google

Nam credunt ipſas hoc perſentiſcere lynces, 360
Quae mox egeſtum certant operire liquorem,
Dum

360. *praeſentiſcere* A. Cor. 361. *properant* P. A. Cuſ.

omnino comprobauimus in annotationibus ad Ariſtotelis *auſcultat. mirab.* cap. 78. p. 152. Equidem cum iis ſentio, qui fabulam de lyncurii origine ortam eſſe cenſeant e nomine male intellecto, quod compoſitum creditum eſt ex λυγξ et οὖρος, vrina, cum potius ductum videatur a nomine iſtius terrae vel loci, vnde Graecis iſta merx primum innotuit, videlicet e Liguria. Verum hac de etymologia confer. Stephanus in *theſauro linguae graecae* app. p. 1392. Salmaſius ad Solin. p. 62. Bochart *hierozoic.* I. p. 799. Conr. Gesnerus *hiſtor. quadrup.* p. 772. Fabula quidem extra modum abſona et abſurda eſt, atque vereor, ne lectoribus ſuperuacaneum videatur id, quod ad eam declarandam conferre poſſum; dicam tamen, quod ſentio, et dicam paucis verbis. Sunt omnino animalia, quorum vrina viſcida eſt, et egeſta refrigerataque areſcit, et coit in materiam coagulo ſeu ſebo non abſimilem. Huius generis eſt vrina cerui, de qua confer. *Ephemer. nat. cur.* dec. 1. an. 8. obſ. 30. et Halleri *elementa phyſiologiae* vol. 2. p. 124. Talis etiam videtur eſſe vrina *Cauiae capenſis*, quam ſemper eodem loco, quem ſemel elegit, animal egerit, vbi ea tandem coire dicitur in materiam ſiccam, nigreſcentem ac foetidam, qua medicina vtuntur Cafri. Saltem inuenitur in Capite bonae ſpei petroleum induratum, quod *Daſſenpiſſe* vocant Belgae, putantes illud eſſe ſpiſſatam Cauiae, *Daſſe* dictae, vrinam. Huius petrolei mentio facta eſt in *Nouvelle deſcription du Cap de B. E.* Amſterdam 1778. 8. De eodem Thunberg in *Reiſa* I. p. 190: "Bergbeck „(bitumen), ſom landtmannen behagade kalla Daſſenpiſs, emedan han trodde „det vara inſpiſſerad urin af „de ſtore Bergrotterne (Cavia capenſis), ſom der funnos. Det berättades, at „det fants i bergets ſpringor „i myckenhet, beſynnerligen vid en ſtor utſkriutande „krants (groote krants). „Bergbecket var mycket „orent och hos landtmannen „bekant för ſin nytta och „bruk uti benbrott;" vid. interpretatio germanica auctore Groskurd. 1792. I. p. 153. Conf. *Phyſikaliſch-ökonomiſche*

Digitized by Google

Dum ſuper accumulant congeſtae pondus arenae,
Scilicet inuidia, ne noſtros cedat in vſus.
Electro ſimilem Theophraſtus habere colorem
Hunc ait, et ſimili paleas adducere pacto,
Affirmans ipſum ſtomachi placare dolorem;
Ictericis etiam priſcum reparare colorem,
Et perturbati compeſcere rheumata ventris.

§. 25.

De aëtite.

Inter praecipuos lapides numeratur aetites,
Quem petit extremis orbis Iouis ales ab oris,
Cuſto-

362. *Deſuper* P. Cuſ. *intumulant* Rz. 366. *Aeſtimans* B. *dolores* Rz. 367. *vigorem* R. Rz. Cor. A. m. *reuocare* Cuſ. 368. *tormina* Aldr. Etiam hoc ſegmentum deeſt in Vindob. 399. *Echites* Cor. 370. *ales Iouis orbis* Rz.

ſche Bibliothek 4. p. 8. et vol. 17. p. 224. Buffon. *hiſtor. natur. quadruped.* ed. Berolinenſ. vol. 14. p. 59 et p. 108. Quod reliquum eſt, animal in Europa, quando degere cogitur, ſolet vrinam protinus terra operire, (*Schriften der Berliner naturforſchenden Geſellſch.* vol. 3. p. 281.) ſicut operiunt etiam alia animalia, quorum quaedam inuidere hominum vſui, opinata eſt antiquitas.

368. Alberto M. dicitur valere contra dolorem ſtomachi et icteritiam et fluxum ventris.

369. In libris manuſcriptis vulgo legitur *Etites* vel *Ethites*, et ſic etiam ſcripſiſſe poetam noſtrum, veriſimile eſt, cum nomen fecerit trium ſyllabarum, quod quatuor habere, probatur et etymologia, cum ſit deductum ab ἀετός, aquila, et auctoritate Priſciani *perieg.* v. 985:

Hic aëtites eſt; ſonitum cui
ſpiritus addit
Arcanum crepitans, praegnantibus vtilis aegris.

Solent aëtitae conſtare ex arena et terra martiali, quae arenam glutinat, quapropter etiam color plerumque ferrugineus vel ſuluus eſt. Vbi magna eorum copia eſt, ibi excoquuntur in ferrum. Ita fieri hoc metallum in officinis ferrariis iuxta pagum Spadanum (Spa), auctor eſt

Digitized by Google

Cuſtodem nidi defenſoremque futurum,
Quo valeat pullis dubios auertere caſus.
Continet hic alium praegnantis more lapillum.
Creditur ergo potens praegnantibus auxiliari,
Ne vel abortiuum faciant, partuue laborent;
Appenſus laeuo ſolito de more lacerto.
Confert praeterea geſtanti ſobrietatem.
Auget diuitias, et amari cogit habentem,
Victoremque facit, populique fauoribus ornat.
Incolumes pueros dat viuere, ſiue puellas,
Atque caducorum fertur cohibere ruinas.
Si quis ſuſpectus tibi ſit de fraude veneni,
Tuque probare velis ſua num ſit iniqua voluntas,
Participem menſae, quem formidas, adhibeto;
Pulmento poſito, cui ſit ſubmiſſus aetites,
Si fraus corde ſubeſt, tentans glutire, nequibit;
Si tuleris lapidem, cupide guſtata vorabit.
Puniceum lapis hic memoratur habere colorem,
Oceanique latens in littoribus reperitur,
Aut aquilae nidis, aut Perſarum regione,
Quem gemini Pollux Caſtorque tuliſſe feruntur.

§. 26.

372. *ſemper* pro *pullis* Cor. 381. *prohibere* P. Cuſ. *ſedare* A. m. 387. *Suſtuleris* pro *Si tuleris* B. Rz. 388. *Purpureum* Cor. *perhibetur* Cor. 391. *leguntur* P. Cuſ. Etiam hoc ſegmentum deeſt in Vind.

Monnet in *Expoſition des mines.* Lutetiae 1772. 12. Quidquid veteres hoc de lapide memoriae prodiderunt, congeſſit diligentia C. Gesneri in aquilarum hiſtoria p. 181. Multa habet quoque Bochart. *hierozoic.* vol. 2. P. 2. cap. 27. p. 312. Conf. Wallerii *ſyſtema mineral.* 2. pag. 614.

373. Plinius lib. 10. cap. 3: *eſt lapis iſte praegnans; intus cum quatias, alio velut in vtero ſonante.*

382. Eodem modo Graeci adhuc tempore Bellonii fures deprehendi poſſe, opinabantur. Vid. *obſeruation.* lib. 2. cap. 23. p. 97.

390. Haec fere omnia refert Vincent. Bellovac. *ſpec. natur.*

Digitized by Google

§. 26.

De ſelenite.

Nec ſelenitem fas eſt omnino taceri,
Qui velut herba virens, et jaspidis aemula gemma,
Luna-

392. *Non ſic* Bel. *ſileri* Rz. Cor. *ſilere* A. Bel. *tacere* A. m.
393. *Quae* B. Cuſ. Rz. Bel.

natur. lib. 8. cap. 23. p. 505. ex Arnoldi de Saxonia libro deperdito de virtutibus lapidum: *aëtites lapis eſt punicei coloris, qui reperitur in aquilae nidis, aut in Perſia, aut in littoribus oceani; hic alium lapidem continet, et in ſiniſtro ſuſpenſus lacerto, praegnantibus confert; caſum caducorum prohibet, contra etiam abortum et laborem praegnantis valet. Si de veneni fraude aliquis ſuſpectus eſt, hic lapis ſub eius cibo ſuppoſitus, ipſum deglutire prohibet, ſi reus eſt. Si vero lapidem a cibo ipſo ſubtraxeris, mox eundem cibum deglutiet.*

392. Prima ſyllaba corripitur. Sic Virgil. aen. 3, 105 — *palmoſa Selinus.* Silius Ital. 14, 200 — *arbuſta Selinus*, et Priſcianus *perieg.* 999:

Atque ſelenites, lunaris imagine lucis
Qui decus et minuit proprii ſplendoris, et auget.

Quam ob cauſſam Alardus cenſet legendum: *Necque ſelenitem.* De hoc lapide Plin. lib. 37. ſeg. 67. p. 793. Solinus 37, 21. Iſidorus lib. 16, 10. Auguſtinus *de ciuit. Dei* lib. 21. cap. 5. Priſcianus l. d. Dioſcorides lib. 5. cap. 159. p. 388. Photius *biblioth.* ex Damaſcio p. 1065, vbi Synodites vocatur. Galenus lib. 9. *de ſimplic.* cui quoque, ſicut Dioſcoridi, ἀφροσέληνος dicitur. At quidquid veteres hocce de lapide memoriae mandarunt, non ſufficit ad eum agnoſcendum. Qui ſeleniten veterum contendunt eſſe eam gypſi varietatem pollucidam et multis lamellis fiſſilem (*lamelloſam* vulgo), quae noſtris mineralogis etiam *ſelenites* vel *glacies Mariae* ac Italis *alumen ſcajolae* dicitur, ii non aliud habent, puto, argumentum, niſi quod eundem opinentur lapidem eſſe, qui Galeno *de anatom. admin.* lib. 9. διαφανὴς λίθος vocatur. Hunc, ait, eſſe translucentem atque findi in tenues lamellas ad vſum feneſtrarum. Verum id dubio coniectatur argumento. Conf. C. Gesneri lib. *de figuris lapid.* p. 46. De Boot cap. 215. p. 396.

Digitized by Google

Lunares motus et menstrua tempora seruat.
Crescit enim luna crescente, minorque minuta
Efficitur, tamquam caelestibus anxia damnis.
Idcirco sanctus lapis a plerisque vocatur.
Dicitur esse potens ad amorem conciliandum.
Languentes etiam phthisicosque iuuare putatur.
Toto gestatus crescentis tempore lunae,
Nec minus et toto per detrimenta fluentis,
Effectus miros, et commoda plurima praestat.
Hanc autem gemmam memorant in Perside nasci.

§. 27.

De gagathromeo.

Ast diuersicolor, quem dicunt gagatromeum,
Pelli capreoli similis lapis esse refertur.
Quem

399. *Languores lenit, phthisicosque* Bel. *releuare* pro *iuuare* Rz. 400. *constantis* pro *crescentis* Rz. 401. *decrementa* P. A. Rz. 402. *plurima commoda* Rz. 404. deest apud Bel. Totum segm. deest in Vindob. 404. *Et* pro *Ast* Vin. *gagatoneum* Rz. *gorgotromaeum* Cor. *gagatromeum* A. Vin. 405. *capreolae* Rz. Vin. Cus. *lapis iste* Rz.

404. Nomen vario modo scribitur; Alberto M. qui post Avicennam eo primus vsus videtur: *gagatronica;* Matthaeo Sylvatico in *pandect.* edit. Tauronensi anni 1526, *gagacromeon;* Camillo Leonardo et *garatronicus* et *galgatromeus;* in libris manuscriptis Marbodi: *gagatoneus, gorgotromaeus, gagatromeus*, penultima semper longa; apud Boot: *garatromius.* Quae Albertus M. tradidit haec sunt: *Gagatronica est lapis diuersi coloris sicut pellis capreolae, cuius virtutem Avicennam dicit esse, quod viliores reddat se gestantes. Expertum autem dicunt esse in Alcide principe quodam, quod quoties hunc lapidem secum habuit, semper vicit in terra et mari; quoties autem caruit, fertur hostibus succubuisse.* Eadem repetiit Matthaeus Sylvat. Sed noua quaedam addidit Camillus, nescio vnde petita: *Garatronicus et a quibusdam galgatromeus est lapis rufus, aspersus venulis croceis, similisque capreoli pelli.* — Omitto quae de Achille,

Digitized by Google

Quem qui geſtarit dux pugnaturus in hoſtem,
Hoſtem depulſum terraque marique fugabit.
Iſtius Alcides ope multa pericula vicit;
Succubuit, quotiens lapidem non ſuſtulit iſtum.

§. 28.

De ceraunio.

Ventorum rabie cum turbidus aeſtuat aër,
Cum tonat horrendum, cum fulgurat igneus aether,
Nubi-

406. *portarit* P. 407. *terra* B. 410. *auſter* Bel. 411. *fulminat* P. Vin. Cuſ.

Achille, non de Alcide, refert: *Orientales magnam copiam habent, et ex ipſo enſium capulos fabricant, ne in proelia euntes eo careant, cum eius virtus ſit reddere geſtantem victorem.* Vincent. Bellovac., Bartholomaeus Anglicus, Simon Januenſis, Agricola et Aldrovandus huius lapidis mentionem non iniecerunt. Cornarius, cui *gorgotomaeus* ſcribitur, nomen ductum a gorgonia ſuſpicatur. Neque decet ſileri coniectura collegae coniunctiſſimi Tychsen, eſſe nomen gagatromaeum compoſitum ex *gagate* et *rumi*, quod arabice ſignificat *graecum*, vt ſit gagates graecus. Nec obſtant capuli enſium, quos e gagatromaeo olim confectos eſſe, perhibet Camillus; cum in Anglia et Germania e gagate globuli varii et pyxides et multa alia formantur.

410. Duorum vel trium generum videntur eſſe lapides, qui Plinii aetate vocabantur ceraunia, quae recentiores ita expoſuerunt, vt vnum genus a Plinio gemma dictum et ad aſterias relatum, putent eſſe aſteriam noſtratium, ſeu fragmentum ſeu articulum zoophyti cuiusdam deperditi; alterum autem genus cenſeant eſſe belemniten. Tertium denique genus, quo pertinent lapides, qui Plinio ſecuribus ſimiles ſcribuntur, et qui non aliubi inueniri ait, quam in loco fulmine icto, creditur comprehendere lapides ſiliceos, cuneiformes, in aciem ſecantem deſinentes, arte formatos a maioribus in vſum cultrorum vel ſecurium, qui ſubinde eruuntur e tu-

 mulis.

Digitized by Google

Nubibus illiſis, coelo cadit iſte lapillus,
Cuius apud Graecos extat de fulmine nomen.
Illis quippe locis, quos conſtat fulmine tactos,
Iſte lapis tantum reperiri poſſe putatur.
Vnde ceraunius eſt graeco ſermone vocatus.
Nam quod nos fulmen, Graeci dixere ceraunon.
Qui caſte gerit hunc, a fulmine non ferietur,
Nec domus aut villae, quibus affuerit lapis ille.
Sed neque nauigio per flumen vel mare vectus,
Turbine mergetur, vel fulmine percutietur.
Ad cauſſas etiam, vincendaque proelia prodeſt,
Et dulces ſomnos, et dulcia ſomnia praeſtat.
Huic binae dantur ſpecies, totidemque colores.
Cryſtallo ſimilem Germania mittere fertur,
Caeruleo tamen infectum rutiloque colore.

Mittit

412. *eliſus* A. Cor. *illuſus* R. 416. *dictus* P. 419. deeſt in P. 420. *flumina* P. Rz. A Cuſ. 421. *nec* pro *vel* P. 423. *et ſomnia laeta miniſtrat.* R. Vin. Rz. Cor. ſed hic: *miniſtrans,* 425. *Carmania* Cuſ. *Carinaria* A. 426. *tantum* pro *tamen* P. Rz. *rutilumque* R. Vin.

mulis. Marbodus, Entzelius aliique haec ita confudiſſe culpantur, vt quae Plinius de gemma tantum praedicauit, ii etiam ad lapides arte formatos retulerint. Verum non libet hac de re diligentius diſputare; quidquid agas, certum efficies nihil. Conſ. Conr. Gesnerus *de figuris lapidum* p. 63. inprimis Lehmann in *Hiſtoire de l'academ. de Berlin.* vol. 10. an. 1754. p. 67. qui eam aſteriam, quam gemmam Plin. incluſam lucem pupillae modo quandam continere dicit, inueniſſe ſibi videbatur. Equidem lapillum ſaepius vidi Petropoli, vbi cum viro per duos annos familiariter vixi, neque vnquam dubitaui, quin ſit varietas achatis. Ceterum κεραυνίται a Clemente Alex. in *paedagogo.* 2, 12. p. 505. inter ornamenta mulierularum vocantur.

419. Ὁμοίοπτωτον eſt ſiue παρόμοιον. Quale eſt illud Propertii lib. 3. *Lydus Dulichio non diſtat Troeſus ab Iro.* Sic v. 421, ὁμοιοτέλευτον. ALARDVS.

Digitized by Google

Mittit et Hiſpanus, regione manens Luſitana,
Flammas ſpernentem, ſimilemque colore pyropo.

§. 29.
De heliotropio.

Ex re nomen habens eſt heliotropia gemma,
Quae ſolis radiis in aqua ſubiecta batillo,
Sangui-

427. *Mittit et Hiſpanus ſimilem fulgore pyropi.* P. 428. *ſpargentem* Cuſ. 430. *Quod* pro *Quae* Cor. *in aquae* Rz. Cor. Vin. *batillo* R. A. P. Rz. Cor. Cuſ. *bacillo* Aldr. *patillo* Bel. *vacillo* B. *vatillo* Vin.

428. Ego apud Graecum auctorem pyropum appellatiue pro gemma legiſſe, iam non memini. Epiphanius adiectiue vtitur, Sardium ſcribens πυρωπὸν τῷ εἴδει, id eſt, colore igneum. Inter Latinos poetae ſoli, puto, hac dictione pro gemma vtuntur, vt Ovid. *Metam.* 2, 2: *Clara micante auro, flammasque imitante pyropo.* Propertius 4, 11, 21: *Picta nec inducto fulgebat parma pyropo.* Lucretius 2, 802. *Namque alius fit vti rubro ſit clara pyropo.* Haec Gesnerus *de figuris lapidum* pag. 54.

429. Conf. Plin. 37, 10. ſeg. 69. p. 790. Solin. cap. 27. Iſidor. *orig.* 16, 7. et Priſcian. *perieg.* 254:

Hic lapis, heliotropius qui nomine vero
Dicitur, eſt; vertit radios nam ſolis in vnda,
Si quis cum fuſa labris immergat aënis,
Sanguinesque rubens reſplendet luce coloris;
Purior at ſoli renitet nudatus ab vndis.

At nullis rationibus concludere poſſumus, quis ſit lapis heliotropium l. heliotropius. Nam iis, qui iaspidis dicunt varietatem viridem guttis rubris diſtinctam, argumenta deſunt, quibus opinionem probare queant.

430. Omnes quos viderim codices habebant aut *parillo*, aut *bacillo*, aut *patillo*, aut *Bathyllo*, ceu videatur fieri mentio de Bathyllo adoleſcente Samio. — Verum ego, vel omnibus refragantibus exemplaribus, non dubitem legere *batillo*, vt ſit diminutiuum ἀπὸ τοῦ βάτος, i. cadus, voce nulli non nota; vt ſit ſenſus: in aqua ſubiecta batillo. i. deiecta in vas aquae. Nec me praeterit,

Digitized by Google

Sanguineum reddit mutato lumine ſolem,
Eclypſimque nouam terris effundere cogit.
Denique poſt modicum vas ebullire videbis,
Aſpergique foras ſubitae ſcaturiginis imbrem,
Vt ſit cum nimbis diſtillat turbidus aër.
Imbres de coelo vocat, adſtringitque ſerenum.
Se quoque geſtanti dat plurima vaticinari,
Atque futurarum quasdam cognoſcere rerum.
Hosque bonae famae, quibus eſt data, laudibus ornat,
Seruat et incolumes, producens tempora vitae.
Sanguinis adſtringit fluxum pellitque venena;
Nec falli poterit, lapidem qui geſſerit iſtum.
Tot bona diuino data ſunt huic munere gemmae,
Cui tamen amplior his conceſſa potentia fertur;
Nam ſi iungatur eiusdem nominis herba,
Carmine

431. *nomine* pro *lumine* Vin. 432. *effundere* B. A. *effundere* Rz. *infundere* Cor. 433. *modice* Cuſp. 434. *Aſpergitque* Vin. Cuſ. 435. *Vt ſit* Cor. *nimbos* A. in editione Alardi verſus ſic ſequuntur: 35. 37. 36. 38. 436. *Nimbos* P. Cuſ. Hic verſus deeſt in cod. Victorino et Redonenſi et Vind. et in A. et Cor. 437. *Sed* pro *Se* P. Aldr. 438. *praenoſcere* P. A. Cor. Cuſ. *praedicere* A. m. *quaedam* A. 439. *Nosque* P. Cuſ. 444. *iis* pro *bis* A. *hic eſſe potentia fertur* B. 445. *cingatur* A. *coniungatur* Ald. *herbae* R. P. Rz. Vin. Cuſ. Aldr.

terit, quod interpres Originis *homelia in Leviticum* 9. cap. 16. legit: *et ſumet*, inquit, *plenum batillum carbonibus ignis de altari quod eſt contra dominum.* Τὸ πυρεῖον Graece eſt, quod alii vertunt thuribulum. ALARDVS.

Vatillum, quod legitur in codice Vindob. confirmare videtur ſententiam Salmaſii, qui *vatillum* dicat diminutivum a vaſe, quaſi vas parvum. Conf. Salmaſ. ad Trebellionis Claudianum cap. 14. p. m. 336. *Bacilla*, *bacille*, *bacile* in libris medii aeui dicitur peluis, nobis *Becken*. Vid. Du Cange.

445. *Heliotropia*, inquit Varro *de re ruſt.* lib. 1. cap. 46. *vocant flores, qui ad ſolis ortum mane ſpectant, et eius iter ita ſequuntur ad occaſum, vt ad eum ſemper ſpectent.* Horum magna eſt frequentia, quo pertinent inprimis reſeda et flores ſemifloſculoſi. Conf. *Familles des plantes par Adanſon.* I. p. 55.

Digitized by Google

Carmine legitimo, verboque ſacrata potenti,
Subtrahit humanis oculis quemcunque gerentem,
Hanc nunc Aethiopes, nunc Cyprus et Africa mittit
Sanguinis aſperſam guttis, ſimilemque ſmaragdo.

§. 30.

De geranite.

At geraniten vetus experientia laudat. 450
Iſte colore niger ſuperat virtute colorem;
Quem prius abluto ſi quis geſtauerit ore,
Dicere mox poterit, quid de ſe cogitet alter.

Huic

446. *verbo* B. 447. *quaecunque* A. Verſus 442–448. in edit. Ranz. male ad lyncurium translati ſunt. 449. *aſperſum* Cuſ. Ald. 450. *Et* pro *At* R. A. P. *Aſt* Cor. *gerachiten* B. Rz. *Hieracitem* P. Cor. A. m. Cuſ. 452. *Hunc* pro *Quem* Rz. *guſtauerit* B.

450. Legendum eſt haud dubie: *Et geraniten.* Plin. 37, 10. vbi de gemmis, quae ab animalibus cognominantur: *et a collo gruis geranites. Geranites ſimilitudinem habet colli gruis, quam Graeci γέρανον vocant.* Heſiodus *op. et d.* 446:

Φράζεσθαι δ' εὖτ' ἂν φωνὴν γεράνου ἐπακούσῃς.
Conſidera vero, cum vocem gruis audieris.

Quamquam malim *hieracitem*, niſi obſtaret carminis ratio. ALARDVS.

De hoc Albertus M. *gerachidem* (ſic) *lapis eſt, vt fertur nigri coloris; probatur autem veritas huius lapidis ſic, quod geſtans lapidem totum corpus ſuum vnctum melle, muſcis et veſpis exponit; et ſi intactus manet ab eis, lapis eſt verus; et ſi deponet lapidem, ſtatim muſcae et veſpae ſuper mel cadunt et fugunt. Aiunt autem, quod in ore portatus, facit bene iudicare opiniones et cogitationes. Fertur etiam, quod geſtantem ſe hominem amabilem et gratioſum reddit.* Eadem Vincent. Bellovac. de hieracite ex Ariſtot. libro de lapid. et ex Arnoldo. Bartholomaeo Anglico ſcribitur *geranites*, et Matthaeo Sylvat. *garatides.* De hieracite Plinius l. c. nihil refert praeter nomen ductum ab accipitre, ἱέραξ.

Digitized by Google

Huic quoque ſemper ineſt imperatoria virtus,
Qua nequeat mulier quicquam prohibere petenti.
Cuius ſic virtus perhibetur poſſe probari.
Muſcis expoſitum corpus nudato gerentis,
Lactis commmixto mellisque liquore perunctum,
Intactum cupido, miraberis, agmine linqui.
Si lapidem tuleris, facto grege, ſpicula figent,
Imbutamque cutem fugent per vulnera mille.

§. 31.

De hephaeſtite.

Naſcitur in bimari pretioſior aere Corintho
Dictus hephaeſtites, rutilans lapis et rubicundus,
Qui ſi feruenti fuerit coniectus aheno,
Ignibus exultans prius, illico ſiſtitur vnda,
Frigida poſt modicum lapidis virtute futura.
Fructibus a terrae volucres arcere locuſtas,
Et nebulas ſterileſ et grandinis improba fertur.
Verbera, nec turbo (quos protegit iſte) nocebit.
Ad ſolem poſitus radios emittit vt ignem,
Mirantes

454, 455. non habet Beaugendre. In edit. Ranzov. ita: *Huic quoque ineſt virtus imperatoria quaedam, Quae nequeat quicquam prohibendo negare petenti.* — *Quo* pro *Qua* P. 456. *Huius* Cor. 458. *perunctio* Vin. 459. *liquido* pro *cupido* Rz. *linquent* Rz. 460. *cultris* pro *tuleris* A. 461. *figunt* pro *fugent* P. Cuſ. Hoc verſu caret edit. Ranz. 463. *Dicta — gemma — rubicunda* Cor. *hepheſtites* P. A. Cor. *epiſtites* Rz. Vin. 464. *Quae — coniecta in* Cor. *adiectus* Vin. Cuſ. 469. *nocebunt* P. Vin. Cuſ. 470. *et* pro *vt* Rz. Cor. Vin. Cuſ.

462. Horat. od. 7. *bimarisue Corinthi moenia laudabunt alii.* At non in Corintho, ſed in Coryco naſci hunc lapidem tradiderunt Plinius atque Iſidorus. Propterea Cornarius vult emendari Plinium a Marbodo, ſed Harduino videtur noſter raptim curſimque legiſſe in Plinio Corinthum pro Coryco.

470. Quoniam in ſole, vt ait Plinius lib. 37, 10. p. 791, aut ſoli appoſitus, vti reddidit Iſidorus, aridam materiam accendit, nomen a Vulcano inditum eſt huic lapidi; ἡφαιστίτις, quaſi gemma Vulcania.

Digitized by Google

Mirantes oculos perſtringens luce coruſca.
Accenſus idem compeſcit ſeditiones,
Et tutum ſeruat dubia ſub ſorte gerentem.
Pectore ſed memori fixum teneamus oportet,
Qua cor parte iacet lapides hos eſſe gerendos.

§. 32.

De haematite.

Sumſit haematites graecum de ſanguine nomen,
Naturae lapis humanae ſeruire creatus,
Styptica cui virtus per multa probatur ineſſe;
Nam palpebrarum ſuperillitus aſperitatem,
Et viſus hebetes, pulſa caligine, ſanat,
Eius raſurae ſi glarea mixta ſit oui.
Succo dilutus, quem punica mala remittunt,
In medicinali valet ad collyria cote,
Vel reſolutus aqua, iuuat hos, qui ſanguinis ore
Spumas emittunt, et quae ſunt vlcera curat.
Potatus ſtringit patitur quem femina fluxum,
Carnes creſcentes in vulnere, pulueris huius
Vis

471. *Nutantes* Rz. 475. *Hac* pro *Qua* R. 476. *Fert* pro *ſumſit* Cor. *graeco* Vin. 477. *paratus* Vin. 478. *Myſtica* Vin. *Typica* B. 480. *ſeruat* Rz. 481. *Huius fragmento* Ald. *ramento* Vin. *ramentis* P. Cuſ. *fragmento* A. Cor. *ramento — iungitur* Rz. 482, 483. pro his habet Rz.: *Succo dilutus velut ad collyria cote.* 483. *velut* pro *valet* B. *valet* Cor. *veluti collyria cote.* A. P. Vin. Cuſ. Ald. 485. *Guttas* Cuſ. *Guttas — et qui* P. *et quae linit vlcera ſeruat.* Rz, *ſanat* A. Cor. Vin. 486. *paritergue femina fluxum* Ald. 487. *Creſcentes carnes* Rz.

476. Quidquid veteres de hoc lapide litteris tradiderunt, collectum legitur in I. L. Bauſchii *ſchediaſ. de lapide haematite et aëtite, ad mentem A. N. Cur.* Lipſiae 1665. 8. Neque noſtra aetate eius vſus penitus negligitur a medicis, de quo conf. Gmelin *apparat. medicam. miner.* I. p. 320. Marbodus primam ſyllabam male corrupit. Errant etiam qui de *haematitite* hodie loquuntur, cum nomen ſit primae declinationis, ſicut *aëtites, pyrites.*

Digitized by Google

Vis premit, et ventrem retinet ſine mora fluentem,
Vino dilutus veteri bibitusque frequenter.
Serpentis morſum, vel quod fit ab aſpide vulnus,
Egregie curat, reſolutus aquis et inunctus.
Mixtus melle poteſt oculos ſanare dolentes.
Veſicae lapidem bibitus diſſoluere fertur.
Hic ferrugineo rufoue colore notatur.
Africa mittit eum, ſed et Aethiopes, Arabesque.

§. 33.
De asbeſto.

Arcadiae tellus lapidem producit abeſton.
Ferreus huic color eſt; naturae mira poteſtas;
Nam

488. *redimet* A. Ald. *ſine more* R. A. Cor. 489. *fruenter* R. id eſt frugaliter. 490. *morſus* P. 491. *ſanat* A. 494. *rubroque* Ald. 496. *abeſton.* A. B. V. C. P. Rz.

496. Plin. lib. 37. ſec. 54. p. 787: *Asbeſtos in Arcadiae montibus naſcitur, coloris ferrei.* Solinus c. 7, 13: *Asbeſto nomen eſt, ferri colore, qui accenſus ſemel, extingui nequitur.* Priſcianus *perieg.* v. 416:

Hic naſci lapidem, qui tacto accenſus ab igni
Extingui nequitur; quem Graii nomine vero
Asbeſtum memorant. Ferri nitet ille colore.

Asbeſtus horum auctorum videtur eſſe lapis diuerſus ab amianto Plinii, Dioſcoridis lib. 5. cap. 158, aliorumque. Nam asbeſtus, (id eſt, lapis qui deleri aboleriue non poteſt) accenſus ſemel extingui nequit. At amiantus Plinio lib. 36. ſec. 31. p. 749. ſcribitur igne nihil deperdens. Hic quidem ſine controuerſia eſt idem lapis, qui hodie asbeſtus, Linneo p. 55. *Amiantus asbeſtus* dicitur, ſimilis alumini, vt ait Plinius. Eſt vero alumen Plinii ſeu Dioſcoridis συτηρία σχιστή, halotrichum, Amianto asbeſto Linnei non abſimile, quod probauimus in *Hiſtoria inuentionum* vol. 2. pag. 95. Hinc formatae ſunt olim, ſicut refert Dioſcorides, et formantur etiam nunc ſubinde, telae, ſpectaculi gratia, πρὸς θέαν, quae igne non abſumuntur. Mihi quidem dubium non eſt, quin linum quoque

Digitized by Google

Nam ſemel accenſus conceptos detinet ignes,
Extinguique nequit, collucens perpete flamma.
Hinc et apud Graecos asbeſton dicitur inde,
Quod ſemel accenſum iam non extinguere poſſes.

§. 34.

De peanita.

Gignitur in Machedum regione lapis peanitas,
Feminei ſexus referens imitando labores.

Nam

499. *perpeti* P. *Et nequit extingui* Vin. 500 et 501. adſunt in A. et apud Aldrov. ſed deſunt in R. Vin. Cuſ. P. Rz. 502. *Macedum* Vin. Cuſ. Cor. P. A. Rz. *Machedum* B. *Machetum* R. *Machicorum*, pays des Machicores, apud Madagaſcar. Vide Diction. Beaudran. ad *Machicolium*. BEAUGENDRE. *peanites* Vin. Cuſ. P. Cor. Rz. *paeanites* ſ. *peantis* A. 503. *mutando* R. *irritando* B. m.

quoque viuum ſeu asbeſtinum, quod Plinius lib. 19. ſect. 4. p. 157. dicit, ad asbeſtum Linnei ſit referendum, etſi Plinius illud diuerſum temere opinatus ſit. Quod ſic ego interpretor, vt exiſtimem, Plinium Graecorum relationem non ſatis intellexiſſe. Cuiusnam vero generis ſit asbeſtus Plinii, non facile dixerim. Fabulam arbitror, ortam ex relatione de amianto non intellecta, atque e falſa nominis asbeſti explicatione. Non poſſe extingui lapidem putauit Plinius, quem Graeci comburi non poſſe perhibuerint. Aut me omnia fallunt, aut asbeſtus idem vere eſt lapis, qui amiantus. Idque cum coniectura probabile eſt, tum aliquo etiam veſtigio indicatur. Nam linum quod amiantinum fuit, nominauit Plinius asbeſtinum. Sed haec hactenus. Conferantur quae recte diſputata ſunt in Mercati *metallotheca* p. 158. Caeterum noſter *abeſton* ſcripſit metri cauſſa per ſyncopen.

502. Et hic locus non vno modo fuit corruptus, alii codices habebant *matcum*, alii *mithcum*. Non ſuccurrentibus exemplaribus, ita legendum arbitror: *Gignitur in Macedum*. Sed nec hic quoque verſus ſatis legitima conſtat ſtructura. Quid ſi ita mutes: *Et paeaniten lapidem Macedonia gignit*. ALARDVS.

Plin. 37. ſec. 66. p. 793. *Paeantides, quas quidam gemonidas*

Digitized by Google

Nam quibus ex cauſſis, dubium, ſed tempore certo
Concipit et parit, et parientibus auxiliatur,
Vltima quas vrget dubii diſcriminis hora.

§. 35.
De ſagda.

Difficile gemmas ſuper omnes ſagda repertur.
Nunquam ſciretur niſi ſe daret inueniendam,
In medio ſiquidem natus lapis iſte profundo,
Naues vi quadam petit e regione meantes
Et praelabentis tabulis haerendo carinae
Ad portum vehitur, merx ignaris data nautis.
Eſt autem morſu tabulae ſic fixa tenaci,
Quod nequit abraſa ligni ſine parte reuelli.
Huic praſinus color eſt; regio Chaldaica tellus.

§. 36.

504. *Sed* pro *nam* et *nam* pro *ſed*. P. 506. *vexat* P. Cuſ. A. m. *Vltima quas dubii diſcrimiuis hora fatigat*. Rz. 507. *Difficilis* P. A. Vin. Cuſ. Bel. *ſada* B. *ſadda* Vin. R. *repertu* P. A. Cor. Bel. *reperto* R. *Difficiles — repertus* Rz. Vin. 508. *Nusquam* Cor. *inueniendum* Rz. 509. *incautas* pro *natus* A. m. 510. *Nmes incautus petit* Bel. *Naues in quadam* R. Vin. Bel. 511. *praelabentis* Rz. Bel. 512. *Ad portum trahitur maris, ignaris* A. Bel. *mox* pro *merx* Rz. Cor. 514. *abraſi* Rz. 515. *Praxinus hnic* B. *Huic praſius* A.

monidas vocant, praegnantes fieri et parere dicuntur, mederique parturientibus. Nam tales in Macedonia iuxta monumentum Tireſiae inueniuntur, ſpecie aquae glaciatae. Eadem Solinus cap. 9. §. 24. Priſcianus *perieg.* v. 439:

Concipit et parit hic naturae munere gemma,
Quam paeaniten perhibent; praegnantibus iſta
Auxilium confert, facilis releuamine partus.

507. Plin. 37. ſec. 67. p. 793: *Sagdam Chaldaei adhaerescentem nauibus inueniunt, praſini coloris.* Plura addidit ſua ſponte Solinus cap. 17. §. 8. Sed de lapillo, qui caſu et fortuito adhaeſit ad carinam nauis, vbicunque littus raſerit, differere non expedit.

515. Haud dubium eſt, quin legendum ſit: *Huic praſius color eſt*, i. viridis, ἀπὸ τοῦ πρασίζω, quod ſignificat vireſco. Sidonius: *praſium vitrum.* ALARDVS. At in editionibus, quae mihi in promptu ſunt, legitur lib. 2. epiſt. 10: *praſinum vitrum.*

Digitized by Google

§. 36.

De medo.

Aſt in Medorum regione lapis reperitur,
Quem medum vocitant, mortis dator atque ſalutis;
Namque ſuper cotem, mulieris lacte ſolutus,
Quae ſemel atque marem peperit, perſanat inunctus
Viſu fraudatos, multo iam tempore coecos.
Cos medicinalis viridis ſolet eſſe coloris
Lacte ſolutus ouis, ſemel atque marem parientis.
Expellit veterem ſimili ratione podagram,
Et feſſas reficit ſub anhelo pect re fibras;
Hoc et nephritici ſaneſcunt vnguine renes.
Debet in argento mixtus vitroue reponi,
Ieiunoque dari; ſic vtile fit medicamen.
At reſolutus aquis cotis ſibi fragmine mixto,
Et porrectus ei tibi quem decreueris hoſtem,
Vt lauet inde ſuam, quaſi pro medicamine, frontem,
Obdu-

517. *Dicitur hic Medis mortis* P. Cuſ. *mentis* pro *mortis* Bel. *medium* Vin. Bel. *medeam* A. m. 520. *iam multo* Bel. *ſanos* pro *coecos* Bel. 521. *Poſt* pro *Cos* Rz. *Qui* pro *Cos* Cor. *Quos* pro *Cos* R. Totus verſus deeſt in P. 523. *parili* pro *ſimili* R. Vin. *ſimili de more pod.* Bel. 525. *Hoc quoque nephritici* P. Cuſ. *phrenitici* Vin. Bel. *ſanantur ab vnguine renes* Rz. 526. *mixtum* Rz. *clauſus* pro *mixtus* Cor. *nitroue* Bel. 528–532. deſunt in Bel.

516. De hoc lapide nihil conſtat, praeter quam quod tradidit Plinius lib. 37. cap. 10. ſec. 63. p. 792, et repetiit Iſidorus.

521. Mira verborum portenta huc irrepſerunt, nempe: *hos*, *quos* et *dos*. Fortaſſe legendum eſt: *Cos medicinalis*. ALARDVS.

Cos medicinalis, cuius noſter mentionem fecit iam verſu 483, *ἰατρικὴ ἀκόνη*, eſt cos et mortarium, in quibus medicamenta teruntur, de quo conf. Foeſii *oeconomia Hippocratis* p. 17. et Salmaſius ad Solinum p. m. 937. Lapides mortariorum medicinalium recenſet Plinius lib. 36. c. 22. ſec. 43. p. 752.

Digitized by Google

Obducet miseros, extincto lumine, vultus.
Si potum dederis, vomito pulmone peribit.
Hic totus niger est, sed non et tota potestas.
Candida, dum prodest, dum laedit, nigra vocetur.

§. 37.
De chalazia.

Est quae candorem fert grandinis atque figuram
Ictibus innumeris inuicta chalazia gemma,
Cuius naturae vis tanta probatur, vt omni
Tempore frigida sit, nulloque calescat in igne.

§. 38.
De hexacontalitho.

Hexecontalithos lapis ex re nomen adeptus,
Qui sexaginta modico gerit orbe colores,
Corporis exigui numero dispendia supplet,
Dum tot gemmarum fert gemmula sola colores.
In Lybia lapis hic reperitur apud Troglodytas.

§. 39.

531. *Obducit* Rz. Vin. Cus. 533. *sed non nigra tota* P. Vin. Cus. *sed non est nigra* A. *nec non et nigra* Cor. *sed non est tota* Bel. *ingrata* pro *tota* A. m. 534. *vocatur* Bel. 535. *At* pro *Est* B. *gelatia* Rz. 536. *omnimodis* P. A. Vin. Cus. Cor. Rz. 540. *quadraginta* Rz. *ore* pro *orbe* Rz. 541. *supplens* Vin. Cus. P. 542. *decorem* pro *colores* P. A. Rz. Vin. Cus.

533. Id est, non mala et infelix ex toto, quia rite vtentibus conducit. PICTORIVS.

535. Plin. lib. 37. cap. 11. p. 794: *chalazias grandinum et candorem et figuram habet, adamantinae duritiae. Narrant etiam in ignem additae munere suum frigus.* Solinus cap. 37. Isidor. lib. 16. cap. 10.

539. Plin. 37, 10. p. 791. Solinus 31. § 3. *Tantum lapide vno gloriantur* (Troglodytae), *quem hexecontalithon nominamus, tam diuersis notis sparsum, vt sexaginta gemmarum colores in paruo eius orbiculo deprehendantur.* Isidor. 16, 12.

Digitized by Google

§. 39.
De chelonite.

Indica teſtudo lapidem mittit chelonitem,
Gratum purpureo, varioque colore nitentem,
Quem ſi ſub lingua loto quis geſſerit ore,
Poſſe, Magi credunt, hunc diuinare futura,
Orto mane die ſextam dumtaxat ad horam.
Tempore quo lunae ſubcreſcere cernitur orbis,
Sed luna prima lapidis praedicta poteſtas
Totius

544. *mittit lapidem* Rz. Vin. Cuſ. 545. *Rarum* pro *Gratum* Ald.
547. *Noſſe* pro *Poſſe* Bel. 549. *quod* pro *quo* A.
550. deeſt in Rz.

544. Χελώνη Graece dicitur teſtudo; cum igitur ſcribatur per ω, oportuit antepenultimam eſſe productam. ALARDVS.

Plin. lib. 37. cap. 10. *chelonia oculus eſt Indiae teſtudinis, vel portentoſiſſima Magorum mendaciis; melle enim colluto ore impoſitam linguae, futurorum diuinationem praeſtare promittunt; quinta decima luna et ſilente, tota die; decreſcente vero ante ſolis ortum, caeteris diebus a prima in ſextam horam. Sunt et chelonitides teſtudinum ſimiles, ex quibus ad tempeſtates ſedandas multa vaticinantur.* Mauult Harduinus legi *mane* pro *melle*, auctoritate Marbodi, qui *orto mane die* inquit; de melle, nihil. Igitur Plinius nequaquam contendit, reperiri iſtos lapillos in corporibus teſtudinum. Attamen Albertus M. cum noſtro poeta conſentit. *Celontes*, inquit pro chelonites, *lapis eſt purpurei coloris, et dicitur in corpore teſtudinis inueniri, quia quaedam ſunt maximae teſtudines, habentes domos, quae ſunt ſicut margaritae nitentes* caet. Poſt Agricolam plurimi id nomen impoſuerunt petrificatis, quae dicuntur, vel echinitis, vel dentibus piſcium quorundam, ſed hi a veterum ſententia longe recedunt.

550. Id eſt: luna ſilente cum minime lucet, vel cum eſt lunae coitus, quem quidam interlunium vel nouilunium, quidam neomenias dici volunt, quando luna conuenit cum ſole, et eſt in orbem circumacta. PICTORIVS.

Digitized by Google

Totius fertur ſpatio durare diei,
Quintae poſt decimam concordant tempora primae.
At detrimenti lunaris tempore toto
Ante diem tantum lapidi manet illa poteſtas.
Eſt etiam nulli lapis hic obnoxius igni. §§§

§. 40.

De praſio.

Conſpicuus praſius gemmis ſolet annumerari,
Sed non eſt carus, contentus quippe decore,
Vtile

552. *lunae* pro *primae* A. 553. *Et* pro *At* Rz. 554. *lapidi tantum* P. Vin. Cuſ. 556. *Conſpicuis gemmis* Rz. *Conſpicuis praſius gemmis* Cor. A. *praxus* B. *praſinus* Vin. 557. *ſed non et caris* Rz. *eſt caris* Vin. *contemtus* P. Cor. Cuſ.

552. Decima quinta dies concordat primae nouilunii. PICTOR.

556. Sunt duorum generum lapides, qui hodie praſii vocantur. Sunt primum praſii ſeu chryſopraſii, qui propius ad achates, quam ad gemmas accedunt, cum nunquam ſint cryſtalliſati; vtendum eſt enim docendi gratia verbo Latinis non vſitato, ſed ſyſtematico, quod hodie omnes norunt. Tales reperiuntur in Sileſia ad pagum Koſemitz et oppidum Neiſſe, de quibus diſputarunt Lehmann in *Memoires de l'academ. à Berlin* 1755. p. 202, ac Gerhard in *Nouveaux memoir. de l'acad. à Berlin* 1771. p. 100. Hos lapides, etſi per aliquot ſaecula ſola Sileſia praebuit, tamen non licet dubitare, quin et alibi antiquis temporibus reperti ſint. Nam frequenter offenduntur hi lapides inſignis pulcritudinis et magnitudinis inter ornamenta eccleſiarum, etiam Bohemicarum, quae multo antiquiora ſunt, quam vt poſſint ex Sileſiacis lapidibus confecta videri, quippe qui ſaeculo demum decimo quarto inuenti ſunt. Conf. *Abhandlungen der Böhmiſchen Geſelſchaft* 1785. p. 111. Deinde etiam quarza et cryſtalli montanae colore viridi nunc praſii dicuntur, quin etiam his ſolis fere hoc nomen iam tribuitur, cum Sileſiacos malint plurimi vocare *chryſopraſios*. De quarzis praſiis, quae in Saxonia iuxta Breiten-

Digitized by Google

Vtile nil affert, niſi quod viret et decet aurum.
Altera ſanguineis ſpecies eſt illita guttis.
Tertia candidulis tribus eſt inſcripta figuris. 560

§. 41.

De cryſtallo.

Cryſtallus glacies multos durata per annos,
Vt placuit doctis, qui ſic ſcripſere, quibusdam,
Germinis antiqui frigus tenet atque colorem.

Pars

558. *confert* Cor. Cuſ. *innat* pro *decet* Bel. *auro* P. 559. *ſanguineis eius ſpecies lita guttis* Rz. Vin. *interlita guttis* Cor. 560. *Altera* pro *tertia* Rz. *litteris* R. Vin. Cuſ. *lituris* Rz. Cor. Bel. *figuris* A. m. 563. *Carminis* P. Cuſ. *Grandinis antiquae* A. Aldr. *Absque colore* legendum cenſeo; dicit enim Plin. coloris impatiens eſt, nec aliud quam frigidum ferre poteſt cryſtallus. P.

Breitenbrunn naſcuntur, cf. Charpentier in *mineralogiſcher Geographie* p. 244.

Equidem pernegare nolo, veteres nouiſſe tales chryſopraſios, quales mittunt Sileſia ac Bohemia, ſed argumenta certa, quibus id poſſit prorſus probari, ſcriptores nunquam memorarunt, quibus cum ego verſatus ſum. Poteſt fieri, vt veteres etiam iaspides virides numero praſiorum habuerint, at certe Plinius lapidem cogitauit translucidum, ſi quidem, paucis interiectis, *non tranſlucet*, inquit, *molochites*. Sed adſcribamus, quae de [illegible] tradidit lib. 37. cap. 9. [illegible] vnde ſua mutuatus [illegible] *Viridantium* [illegible] *et alia plura ſunt genera. Vilioris eſt turbae praſius; cuius alterum genus ſanguineis punctis abhorret; tertium eſt virgulis tribus diſtinctum candidis. Praefertur his chryſopraſius, porri ſuccum et ipſa referens*, caet.

561. Cryſtallus veterum ſine controuerſia eſt cryſtallus montana. Quae de ea memoriae tradita ſunt, collegerunt Caeſius *de mineral.* p. 425. Aldrouandus *in muſ. metallico* p. 934. Salmaſius ad Solinum cap. 15. §. 29. p. 144 et paſſim.

563. Si genuina eſt lectio, *germen antiquum* debet eſſe illud, ex quo cryſtallus orta credebatur, i. e. glacies, cui lapis ille et frigore et colore ſimilis dicitur. At Barthius

Digitized by Google

Pars negat, et multis perhibent in partibus orbis
Cryſtallum naſci, quod non vis frigoris vlla,
Nec glacialis hiems vnquam violaſſe probatur;
Sed certum cunctis, nec ſtat dubitabile cuiquam,
Quod lapis hic ſoli ſubiectus concipit ignem,
Amotos-

564. *multi* pro *multis* Rz. 565. *qua* pro *quod* P. *quas nec vis fr.* A. Rz. Cor. *cryſtallos naſci, quas* Vin. Cuſ. *vlla eſt* P. 566. *probatur* Rz. 567. *neque ſtat violabile tanquam* P. 568. *corripit* Ald.

ad Claudiani epigrammata p. 1032: *vera*, inquit, *lectio eſt* Grandinis antiquae, *antiquis editionibus affirmata. Male recentiores* Germinis ant. Quod etſi talis vis ſcripſit, tamen certum eſt, editionem principem Cuſpiniani nec *Germinis*, nec *Grandinis*, ſed *carminis* habere, quod retinuit etiam Pictorius. Editio vero Redonenſis, quae ſecunda eſt, habet *Germinis*, teſte Beaugendro.

564. Vtitur auctoritate Solini cap. 15. §. 31. quo cum conſentire videtur Diodorus Sic. lib. 2. edit. Weſſeling. p. 163. ſed de hoc argumento confer. Salmaſ. ad Solin. l. d.

568. Plin. lib. 37. ſect. 10. p. 769: *inuenio medicos, quae ſunt vrenda corporum, non aliter vtilius id fieri putare, quam cryſtallina pila aduerſis poſita ſolis radiis.* Eadem repetiit Iſidorus. Sed maxime memorabilia ſunt verba Orphei *de lapid.* I. p. 308, quae Latine reddam: *Si placet absque viuaci igne flammas excitare, iubes aridas eum ſuper faces deponere. Tum vero ille, ſole ab appoſita parte irradiante, ſtatim ſupra faces tenuem radium explicabit, qui cum primum ſiccam et pinguem attigerit materiam, fumum, deinde ignem exiguum, denique vero flammam magnam excitabit* caet. At mirum mihi videtur, poetam eadem de iaspide commemorare, ex quo recte concluditur, iaspides nonnullas veterum fuiſſe lapides translucidos. Etiam in Ariſtophanis *nubib.* 2, 1: *Vidiſtine apud pharmacopolas pellucidum illum lapidem pulcrum pellucentem, quo ignem accendunt? Cryſtallum dicis, τὴν ὕαλον.* Huc etiam pertinet locus Suidae v. *ὑάλη* vol. 3. p. 523: *Eſt inſtrumentum rotundum ex vitro vel electro factum, ad hunc vſum confectum; quod oleo inungunt, eique ad ſolem calefacto admouent ellychnium et ſic ignem accendunt.* Eadem verba leguntur apud ſcholiaſten ad

lauda-

Digitized by Google

Amotosque sibi solet hinc accendere fungos;
Hunc etiam quidam tritum cum melle propinant
Matri-

569. *hic* pro *hinc* P. A. Vin. Cus. Bel. 570. *tritum quidam* P. Bel. *mixtum* pro *tritum* Vin.

laudatum locum Aristophanis. Photius ex historia Ptolem. Hephaestion. pag. 492: *Pana piscem ait marinum, balenae magnitudine, forma pani non absimilem. In hoc pisce lapidem reperiri asteriten, ἀστερίτην, quem soli oppositum incendi ferant, ἀνάπτεσθαι.* Sed iste lapis potius ad eas res referri debet, quae sua sponte accendi dicuntur. Num etiam Theophrasto, in fine libelli *de igne*, sermo sit de eadem ignem faciendi ratione, dubito. Damianus, sed qui saeculo vndecimo vixit: *Si crystallum, quod absque vlla quaestione obdurescit ex glacie, radio solis opponitur, nulli dubium, quin ex eo protinus ignis oriatur.* Vid. Damiani *opera*, edit. Cajetani, Parisiis 1743. fol. vol. 1. pag. 105. lib. 6. epist. 23. De eadem re loquutus videtur Psellus *de lapidibus*, conf. quae ad p. 20. annotauit I. S. Bernard. Non raro in tumulis repertae sunt eiusmodi pilae crystallinae, de quibus conf. I. Woodward *fossils of Klind* p. 26–32. Has cunctas ad ignem faciendum paratas esse, sunt, qui credant, attamen certum est, etiam mulierculas delicatas frigoris iuuandi caussa tales pilas e crystallo factas in manibus habuisse, quod testimoniis comprobauit Bronckhus. ad Propert. 2, 18, 60. Antiquissimo tempore solidae pilae crystallinae ad hunc vsum adhibitae videntur, sed postea compertum est, pilas etiam vitreas aqua plenas non minus idoneas esse ad vsum ignis accendendi. Quod probant testimonia subinde a me annotata. Plin. lib. 36. sect. 67. p. 759: *cum addita aqua vitreae pilae sole aduerso, in tantum excandescunt, vt vestes exurant.* Lactantius *de ira dei.* cap. 10. §. 19: *orbem vitreum plenum aquae si tenueris in sole, de lumine, quod ab aqua refulget, ignis accenditur, etiam in duriſſimo frigore.* Clemens Alex. *stromatum* lib. 6. cap. 17. p. 608. edit. Colonienſ. anni 1688. fol. p. 688. et edit. Wirceburg. p. 353: *ὡς γάρ που τὸ ἀπὸ τοῦ ἡλίου φῶς δι' ὑελαῦ συεύους πλήρους ὕδατος μεθοδεύει ἡ τέχνη εἰς πῦρ, οὕτω καὶ ἡ φιλοσοφία — Nam vt ars viam excogitat, qua lux, quae a sole procedit, per vas vitreum aqua plenum*

Matribus, infantes quibus assignantur alendi.
Quo potu credunt replerier vbera lacte.

§. 42.

De galactite.

Nec minus et cineri similem galactida dicunt,
Cum mulso tritum, lac multiplicare bibenti.
Si tamen ante cibos fuerit post balnea sumtus, 575
Aut

572. *Repleri potu quo credunt vbera lacte.* Bel. 573. *Hunc lapidem cineri P. Sicque galactiten cineri similem facere aiunt.* Cor. *galactita* Vin.
574. *Quem mulsa* P. Cor. Vin. Cus. *totum* pro *tritum* Vin.
575. *cibum* Rz.

plenum igneſcat; ita etiam philoſophia. — Sine dubio eandem rem tetigit *ſtromat.* lib. 5. cap. 5. p. 560. (p. 43.): *δθεν ἡ μὲν ἑλληνικὴ Φιλοσοφία τῇ ἐκ τῆς Ἡρυαλλίδος ἔοικε λαμπηδόνι· ἣν ἀνάπτουσιν ἄνθρωποι παρὰ ἡλίου, κλέπτοντες ἐντέχνως τὸ φῶς. Vnde graeca quidem philoſophia eſt ſimilis illuminationi, quae fit ex ſcirpo, quem homines accendunt, lucem artificioſe a ſole ſuffurati.* Quae huc attulimus, etſi ad Marbodi ſententiam exponendam ſuperuacanea ſunt, tamen queant inſeruire iis, qui prima rudimenta et incunabula optices velint inveſtigare, atque hi conuertant in rem ſuam, quae diſputauit De la Hire in *Hiſtoire de l'academ. des ſciences à Paris. année* 1708. p. 112. *Phyſiſche Abhandlungen der Akademie, überſetzt von Steinwehr.* vol. 3. pag. 416.

573. De hoc lapide, quem nemo facile exputare poterit, conf. Plin. 37, 10. p. 790. Solinus cap 7. §. 4. Iſidor. 16, 10. Orpheus *de lapid.* 2. p. 308. Galen. *ſimplic. medicam.* lib. 9. Dioſcor. lib. 5. cap. 150. cui et guſtu dulcis ſcribitur; praecipit idem, lapidem aqua tritum pyxide plumbea recondere, quoniam glutinoſus ſit; *διὰ τὸ περὶ αὐτὸν πολλῶδες.* Priſcian. *perieg.* v. 450:

Iſta (Acheloïa vnda) *galactiten ripis oſtendit in altis;*
Vberibus prodeſt, nec non infantibus idem,
Et ſi quis terat hunc, albeſcit lacte liqueſcens.

Calcarii generis eſt galactites Agricolae *de nat. foſſil.* lib. 5. p. 255, ſimilitudinem agarici mineralis vel morochti habens.

Digitized by Google

Aut ouis ex grauidae lanis traducere filum
Pertuſo lapidi decet, et circumdare collo,
Sic ſe portantis foecundet vt ybera lacte.
Dat facilem partum, ſimili ratione ligatus
Ad femur illius, quae parturiendo laborat.
At ſi mundato circumſpergatur ouili,
Cum ſale mixtus aquae ſolis redeuntis in ortu,
Lacte replentur oues, ſcabies fugatur ab illis.
Praeterea tantis veteres hunc laudibus ornant,
Vt bona cuncta putent ſolum praeſtare gerenti,
Quae ſimul a reliquis iuncta virtute darentur.
Sed turbat mentem ſi clauſus in ore liqueſcat.
Hunc mittit Nilus, producit et hunc Achelous.
Lactis dat ſuccum tritus, lactisque ſaporem.

§. 43.

De orite.

Letiferos morſus niger atque rotundus orites
Quos fera, vel cornu, vel ſaeuo dente, peregit,
Cum

576. *lanae* P. *lana* Rz. Cor. A. Vin. Cuſ. Ald. *filo* Ald. 577. *Percuſſo* Rz. *lapidem* Ald. *collum* Vin. 578. *foecundat vbera* P. Vin. Ald. 580. *Femur ad illius* Cor. 582. *aqua* Vin. *aquae* deeſt in Rz. *in ortum* P. A. *ad ortum* Ald. 583. *ſcabiesque maligna fugatur.* Rz. Cor. Vin. A. m. 584 *veteres tantis hunc* Vin. Cuſ. Cor. 586. *cuncta* pro *iuncta* P. Cuſ. Ald. 587. *ventrem* pro *mentem* Vin. 589. *tutus* pro *tritus* Cuſ. 591. *ſaeuo vel d. p.* Cor.

582. Arnoldus apud Vincent. Bellov. *Si veſpere, cum ſale mixtus aqua, ouili circumſpargitur, oues lacte replentur, et ſcabies ab ea fugatur.*

590. Huius lapidis inter veteres ſolus Plinius lib 37. c. 10. ſect. 65. p. 792. mentionem fecit. Quae noſter habet, eadem leguntur apud Vincent. Bellovac. ex Arnoldo et apud Albertum M. cuius verba adſcribamus: *Orites habet tres ſpecies, quarum vna nigra et rotunda; alia viridis maculas albas habens. Tertia, cuius altera pars eſt aſpera, altera plana, et eſt color eius quaſi ferri lamina;*

Digitized by Google

Cum roſeo mixtus perfecte curat oliub.
Per vaſtos eremos interque feras gradientes
Illaeſos ſeruat, morſus abigendo ferarum.
Hic viret, et maculas habet albas, alter orites.
Caſibus aduerſis portatus vbique reſiſtit.
Tertius afferitur famae grauioris orites;
Altera pars cuius crebris nimis aſpera clauis,
Altera laeuior eſt corpus, quaſi lamina ferri.
Hic facit appenſus ne fiat femina praegnans,
Aut, vt ſi praegnans fuerit, cito fundet abortum.

§. 44.

De hyaenia.

Tollitur ex oculis lapis extollendus Hyaenae,
Dictus hyaenia, quam veteres, ſi credere dignum,
Fatidicum numen memorant inferre gerenti,
Quo queat imbutus praedicere quaeque futura,
Sub lingua toto ſi contineatur in ore.

§. 45.

593. *vaſtas* A. Cor. *vaſtas ſilvas* Bel. 594. *morbos* B. 595. *Qui* pro *Hic* Rz. Cor. A. Bel. *albas habet* Rz. A. Bel. 596 et 597. deſunt in P. 598. *magis* pro *nimis* P. Cuſ. *eſt* pro *nimis* Cor. Bel. 599. *duri* pro *corpus* A. 601. *Si fuerit praegnans mulier, cito fundit abortum* P. Cuſ. *Aut vel ſi praegnans fuerit, fundet abortum.* B. 603. *quem* pro *quam* P. Rz. Cor. 604. *Fatidicum numerum dicunt inferre gerenti.* Bel. 605. *Qui* pro *Quo* Bel. 606. *lotus* P. A. Cuſ. *toto* B.

lamina; et talis etiam eſt diſpoſitio corporis eius, de quo ferunt, quod vnctus oleo roſato et geſtatus praeſeruat ab aduerſis caſibus et peſtiferis morſibus reptilium. Dicitur etiam in phyſicis ligaturis, quod appenſus mulieri, prohibet ipſam impraegnari; et ſi praegnans eſt, abortum facit.

593. Secundam in *eremos* corripuit, ſicut fecit Prudentius *cathemer.* 5. v. 89: *Cui ieiuna eremi ſaxa loquacibus;* etiam *pſychom.* v. 371: *Excidit ergo animis eremi ſitis, excidit ille;* licentia ea, quam ſibi in Graecis ex vulgari pronuntiatione permiſerunt poetae chriſtiani.

602. Plin. lib. 37, 10. p. 791. Solinus cap. 27. §. 25. Iſidor. 16, 14. Plinio lapis dicitur *hyaenia*, ſed Solino *hyaenium.*

Digitized by Google

§. 45.
De liparaea.

Partibus in Scythicis lapis eſt laparaea vocatus,
Ad quem ſponte ſua properat genus omne ferarum,
Quas venatorum ſueuit labor exagitare.
Non eget ergo canum curſu curaue ſagaci.
Saltus perluſtrans, lapidem qui geſſerit iſtum;
Sternendae ſatis eſt venabula tollere praedae.

§. 46.
De enhydro.

Perpetui fletus lacrimis diſtillat enhydros,
Quae velut e pleni fontis ſcaturigine manant,
Cuius naturae graue ſit deprehendere cauſſam.
Nam ſi decurrit lapidis ſubſtantia, quare
Non minor efficitur, vel non omnino liqueſcit?

Si

607. *Lybicis* P. A. Rz. Cor. Cuſ. *Scythicis* B. Vin. *liparee vocitatus* P. Cuſ. *laparis vocitatus* A. m. 609. *facuit* P. 610. *morſu* pro *curſu* P. Rz. Vin. Cuſ. 613. *Perpetuis* Vin. *Perpetuis fluctus* P. Cuſ. 614. *Qui* pro *Quae* P. *plena* Rz.

607. Plin. 37, 10. ſect. 62. p. 792: *De lipare hoc tantum traditur, ſuffita ea omnes beſtias euocari.* Iſidor. 16, 14.

613. Plin. 37, 10. *enhydros ſemper rotunditatis abſolutae, in candore eſt laeuis, ſed ad motum fluctuat intus in ea veluti in ouis liquor.* Eſt itaque enhydros Plinii in numero eorum lapidum, qui vomicam occultam habent, quo nomine ipſe vſus eſt lib. 37. cap. 6. p. 768. quales nouem epigrammatibus celebrauit Claudianus, de quibus nuper diſſeruimus in *Vorrath kleiner Anmerkungen über mancherley gelehrte Gegenſtände.* pag. 114. Sed Solinus cap. 37. §. 24: *Enhydros exſudat, vt clauſam in eo putes fontaneam ſcaturiginem.* Ergo Solini aetate ita vocabatur lapis continenter aquam exſudans, de quo ſequens tempus fabulam ad incredibile miraculum perduxit.

Digitized by Google

Si ros exterior descendit ad interiora,
Vt semper refluat, cur se non impedit ipsum?
Scilicet ingrediens contrarius egredienti.

§. 47.
De iri.

Irim dant Arabes, sed gignit eam mare rubrum,
Crystallo similem, cuius sexangula forma
Clara luce micans fert causſam nominis huius.
Nam

618. *Sin* Rz. Cor. Vin. A. *Sin res* P. Cus. Bel. *inferiora* Vin.
619. *Et semper refluit* Rz. 621. *Yrin* Rz. *eum pro eam* P. A.

621. Plin. 37. cap. 9: *Iris effoditur in quadam insula rubri maris, — — caetera sui parte crystallus; itaque quidam radicem crystalli esse dixerunt. Vocatur ex argumento iris; nam sub tecto percussa sole, species et colores arcus caelestis in proximos parietes eiaculatur, subinde mutans, magnaque varietate admirationem sui augens. Sexangulam esse, vt crystallum constat; sed esse aliquas scabris lateribus et angulis inaequalibus dicunt, in sole aperto proiectas, radios in se cadentes discutere, aliquas vero ante se proiecto nitore adiacentia illustrare. Colores vero non nisi ex opaco reddunt, nec vt ipsae habeant, sed vt repercussu parietum elidant; optimaque, quae maximos arcus facit simillimosque caelestibus* caet. Est itaque iris crystallus montana, in qua veteres imitationem arcus caelestis primum experti sunt. Videntur primum putasse, esse crystalli maris rubri proprium, radios solis in se cadentes ita discutere, donec inuenerint artem prismata vitrea tam apte fabricandi, vt eadem ratione colores reddere possent. Quo de artificio loquitur Seneca *quaest. natur.* lib. 1. cap. 7. p. 646, cuius verba afferre solent, qui optices primordia conquisiverunt. *Virgula*, inquit, *solet fieri vitrea, stricta* (id est: recta, minime curuata?), *vel pluribus angulis in modum clauae torosa; haec si ex transuerso solem accipit, colorem talem qualis in arcu videri solet, reddit; vt scias hic non imaginem solis esse, sed coloris imitationem ex repercussu.*

Digitized by Google

Nam ſi ſub tecto radio ſit ſubdita ſolis,
Proximus inficitur paries, varioque colore
Arcus caeleſtis depingit vtriusque figuram.

§. 48.
De androdamanta.

Androdamanta lapis formae quaſi teſſara quadrae,
Dicitur argenti repraeſentare nitorem.
Cuius durities quaſi durities adamantis.
Ipſe maris rubri mixtus reperitur arenis,
Quem magus affirmat tantae virtutis haberi,
Vt poſſit praeſens animos ſedare calentes.

§. 49.
De ophthalmio.

Auertens oculis morbos ophthalmius omnes,
Aſſeritur furum tutiſſimus eſſe patronus;

Nam

624. *radiis* P. A. *ſubiecto* pro *ſubtecto* Rz. 625. *Protinus* P. 626. *vtramque* Vin. Cuſ. Cor. Rz. P. A. *Arcum caeleſtem depingit vtramque figuram.* V. 627. *Androdamanta* B. A. Bel. *formae eſt quaſi* Bel. *Androdama* Rz. *Androdomma* Vin. *Androdamas lapis eſt* Cor. 628. *Dicunt* A. *quadra* P. Cuſ. *colorem* Cor. *Dicunt argenti veteres perferre colorem.* V. P. Cuſ. 629. *Huius* Rz. 632. *Vt praeſens animos poſſit ſ. c.* P. 633. *animos* pro *morbos* Rz. *optallius* Rz. Vin. *opallius* Bel. 634. *ditiſſimus* Vin.

627. Plin. lib. 37, 10: *androdamas argenti nitorem habet, vt adamas, quadrata, ſemperque teſſellis ſimilis. Magi putant nomen impoſitum ab eo, quod impetus hominum et iracundias domet.* Solin. 33, 21. Priſcian. *perieg.* v. 883: *Androdamasque lapis compeſcens pectoris iras.* Hodie creditur eſſe ſpathum ſpeculare Lin. coniectura haud improbabili.

633. Ego ſane opalum eſſe puto, qui hic deſcribitur, etiamſi vires hae apud Plinium non ſint expreſſae, arbitrorque aut opali vocem in ophthalmii eſſe corruptam, aut vice verſa ophthalmii vocem eſſe integram, et in opali

Digitized by Google

Nam ſe geſtanti viſus conſeruat acutos, 635
At circumſtantes obducta nube retundit,
Vt ſpoliare domos poſſint impune latrones.

§. 50.

De margaritis.

Tollitur e conchis ſpecies memoranda marinis
Vnio

635. *geſtantum* Cor. Vin. Bel. *Nam ſe geſtantum viſum conſervat acutum.* Rz. Hic verſus deeſt in A. 636. *Ac* Cor. A. *Et* Vin. *recondit* P. A. Cor. Vin. Cuſ. 637. *Vt poſſint ſpol. dom.* Bel. 638. *a* pro *e* B.

opali vocem corruptam apud Plinium. CORNARIVS.

Hoc nomen lapidis in libris veterum non occurrit. Adſcribamus itaque verba Alberti Magni p. 233: *Ophthalmus lapis eſt ab ophthalmia dictus, cuius color non nominatur, forte ideo quoniam multorum eſt colorum. Valere autem dicitur geſtanti contra omnes malos morbos oculorum. Viſus autem circumſtantium dicitur obcoecare; et ideo etiam patronus furum vocatur; geſtantes enim eum quaſi inuiſibiles redduntur.* Mihi quidem ſimillima veri videtur ſententia eorum, qui ſtatuunt, ophthalmium apud ſcriptores medii aeui eſſe eandem gemmam, quae Plinio opalus et Orpheo ὀπάλλιος dicitur. Moueor etiam auctoritate Bartholomaei Anglici lib. 16. cap. 73. p. 751. vt id verum putem, quippe qui omnia, quae Marbodus tradidit de ophthalmio, retulit ſine cunctatione ad opalum Plinii atque Iſidori. Accedit huc, quod alioquin opalus deſideraretur in Marbodi libello, niſi is eſſet ophthalmius. Etſi enim nulla coniectura aſſequi licet rationem, ob quam poeta e lapillis a Plinio enarratis elegerit et celebrauerit hosce, quorum in numero multi ſunt, quos nec Plinius ipſe, multo minus Marbodus, nouerit, cum e contrario multos praetermiſerit, qui et notiores et pretioſiores eſſent iis enarratis, tamen non eſt credibile, poetam omiſiſſe opalum, pretioſiſſimarum gemmarum gloriam, cui propter eximiam gratiam omni tempore honos durauit.

638. De margaritis locus claſſicus eſt Plinii lib. 9. cap. 35. p. 520; ſed quidquid veteres de iis memoriae mandarunt,

Digitized by Google

Vnio dictus ob hoc, quod ab vna tollitur vnus,
Non duo vel plures vnquam ſimul inueniuntur;
Cuius ad ornatum laudatur candida forma,
Cum deceat veſtes, deceat nihilo minus aurum.
Conchae, temporibus certis, referuntur hiantes
In coelum, patulae rores haurire ſupernos,
Ex quibus orbiculi candentes concipiuntur.
De matutino fit clarior vnio rore,
Ros veſpertinus foetus ſolet edere fuſcos;

At

639. *vno* Rz. Bel. *naſcitur* P. A. Cuſ. 640. *Nec* Cuſ. Bel. 642. *Vt* pro *Cum* Cuſ. 644. *patulum* Bel.

darunt, congeſſit erudita et accuratiſſima diligentia ſummi viri, Conr. Gesneri, in *hiſtor. aquatil.* p. m. 620. Quaedam etiam nos ipſi ad explicanda veterum loca, ab aliis fere praetermiſſa, conferre conati ſumus in *Hiſtoria inuentionum* vol. 2. p. 311. quae legantur, quantulacunque ſint, ſi forte non moleſtum eſt.

639. Solinus cap. 56: *Nunquam duo ſimul reperiuntur, vnde vnionibus nomen datum.* Iſidor. 16, 10: *Aptum habent nomen, quod tantum vnus, nunquam duo vel plures ſimul inueniuntur.* At hosce decepit locus Plinii male intellectus. qui lib. 9, 35. *nulli duo*, inquit, *reperiuntur indiscreti, vnde nomen vnionum Romanae impoſuere deliciae.* Sunt, qui *indiscretos* interpretentur *cohaerentes*, quod falſum eſſe, vel ex eo colligas licet, quod ipſe Plinius p. 542. addit: *Cohaerentes vidimus in conchis.* Voluit itaque negare, reperiri vniones ita inter ſe pares ſimilesque, nullum vt in iis diſcrimen agnoſcas. Ipſe enim auctor eſt p. 522. inueniri non raro plures vniones ſimul in conchis; *vidimus*, inquit, *in quibusdam quaternos quinosque.* Atque Aelianus *hiſt. anim.* 10. cap. 13. ἡ δὲ οὐ πέρα τοῦ ἑνὸς, πολλαὶ δὲ καὶ πολλοὺς, εἰσὶ δὲ, οἱ λέγουσι καὶ εἴκοσι προσπεφυκέναι μιᾷ κόγχῃ. *Alia concha non plus quam vnam habet; aliae multas vniones poſſident, vt ſint, qui dicant, in vna concha viginti procreatas fuiſſe.* Recentiorum auctorum, qui idem confirment, magna eſt frequentia; ſed ſufficiat vel vnum indicare in *Commentariis Academ. Suecicae* vol. 4. p. 252. Caeterum quae falſa noſter addidit, ea refellere, non eſt operae pretium.

Digitized by Google

At iuuénes conchae dant baccas candidiores.
Obscurat foetus concharum grandior aetas;
Quanto rorantis fuerit plus aëris hauſtum,
Tanto maiorem gignit roratio baccam.
Vltra ſemuncem ſed creſcere nulla putatur.
Quod ſi celſa micent tonitrù conuexa coruſco,
Conchae diffugiunt ſubita formidine clauſae,
Sic intercepto conceptio deperit hauſta,
Et fit abortiuum quod coeperat inde creari.
Inſignes baccas praedum maris India gignit,
Gignit et inſignes antiqua Britannia baccas.

§. 51.

De pantheron.

Pantheron multos teſtantur habere colores;
Nam niger et rubeus, viridis pallensque videtur,
Purpu-

648. *Et* pro *Vt* P. Cor. Bel. *baccae dant* Rz. 649. *baccarum* pro *concharum* A. 652. *ſeminucem* P. A. Vin. Cuſ. *plus* pro *ſed* Rz. *concreſcere* pro *ſed creſcere* A. Alias *ſemiſſem* ſiue *seminucem*, et putant ratione carminis u poſſe elidi, cuiusmodi eſt et illud Lucani *pharſal.* 4: *ſemianimes traxere foris.* Caeterum ſatis apparet eſſe legendum *ſemuncem.* Plin. 9. cap. 36: *pondus, cui ſemunciae pauci ſingulis ſcrupulis exceſſere.* Et Solinus cap. 66. *Vltra ſemunciales inuentos negant.* ALARDVS. 659. *Pantherum* Cor. Vin. Bel.

648. Margaritas a ſimilitudine dictas eſſe baccas Virgilio, Horatio, Claudiano, Prudentio, nemo neſcit.

659. Nihil apud Plinium inuenio, quod huc poſſit pertinere, praeter verba lib. 37. cap. 11. p. 795: *Sunt et a leonis pelle et pantherarum nominatae gemmae, leontios, pardalios;* itemque eodem libro ſect. 18. p. 775, quae de Perſico ſmaragdi genere, oculis felium pantherarumque ſimili, commemorantur. Sed Albertus M. p. 235. eadem habet, quae noſter: *Pantherus lapis eſt multos habens colores in vno corpore lapidis, nigrum videlicet, et viridem, et rubeum, et alios multos. Inuenitur autem pallidus, purpureus et roſeus. Ferunt autem luſcos efficere viſus. Inuenitur ſecundum plurimum in Media. Debet autem*

Digitized by Google

Purpureus, roſeusque ſimul, ſparſimque colores
Hos habet, et vario diſtinctus ſchemate vernat.
Expedit hunc orto quam primum ſole videri,
Vt victor poſſis omnes exire per actus.
Ipſo namque die poterit te vincere nemo.
Pantheram patet eſſe feram diuerſicolorem,
India quam gignit, cuius pauefacta leonum
Voce fugit rabies, quam beſtia contremit omnis.
Huius ad exemplar, ſic eſt lapis iſte vocatus.

§. 52.

De apſyctо.

Apſyctos nigri non vltima gemma coloris,
Ad gratam ſpeciem rubeis interlita venis,
Pondere maioris menſuram corporis aequat,

Hanc

661. *coloris* A. *ſparſosque* Bel. 662. *ſtemmate* P. Cuſ. *diſtinctus* Rz. P. A. *varios diſtinctus* Bel. *diſtinctos* B. 663. *Conuenit* pro *Expedit* Vin. *videre* Cor. 666. *diuerſi coloris* P. Vin. Cuſ. v. 666–669. *deſunt* apud Bel. 667. *draconis* P. 668. *beſtiam* Vin. Cuſ. 670. *Apſyctos* Cor. *abſictos* B. Rz. *abſinthos* Cuſ. P. Vin. *apiſtos* A. *abiſton, abſitton, abſyrtum* Cor. m. 672. *menſura* Cor.

autem geſtans ad ipſum inſpicere in mane oriente ſole, vt ſit efficax et victorioſus. Tot autem virtutes dicitur habere, quot colores habet. Vincentius Bellovac. etiam ex Iſidoro refert verba de hoc lapide, quae noſtris in libris deſiderantur. De his videat, qui aliquando nouam *Originum* editionem curare velit. Leguntur lib. 8. c. 90. p. 540: *Pantherus eſt lapis varius ex omnibus pene coloribus conſtans, vnde et nominatus.* De fera, quae Graecis παρδαλις, Latinis panthera, pardus, panther vocatur, egimus, quando Ariſtotelis *auſcultationes mirabil.* cap. 6. explicare auſi ſumus.

670. Plin. 37. ſect. 54. p. 788: *Apſyctos ſeptenis diebus calorem tenet excalfacta igni, nigra ac ponderoſa, diſtinguentibus eam venis rubentibus. Putant prodeſſe contra frigora.* Iſidor. 16, 11. Ἄψυκτος, qui refrigerari nequit, a ψύχω, refrigero.

Digitized by Google

Hanc ſimul admoto ſuſcepit ab igne calorem,
Teſtantur calidam ſeptem durare diebus.

§. 53.
De chalcophono.

Chalcophonos pulſata refert tinnitibus aera,
Quam, ſi tractetur reuerenter corpore caſto,
Vocis dulce melos aiunt conferre gerenti;
Et ne rauceſcant, liquidas defendere fauces.
Hic etiam nigrum perhibetur habere colorem.

§. 54.
De molochite.

Infantum cunas virtute ſua molochites
Protegit, et caſus abigit quoscunque ſiniſtros,
Ne

673. *Haec* pro *Hanc* Cuſ. *colores* Rz. 675. *Calcophonos* P. Rz. Vin. Cuſ. *chalcophanos* Cor. 676. *Qui* P. A. Cor. Cuſ. *Quae* Rz. *Quem* Vin. 680. *curas* pro *cunas* B. P. *melochites* B. 681. *ferinos* P. Cuſ. *futuros* Rz.

675. Plin. 37. pag. 789: *Chalcophonos nigra eſt, ſed illiſa aeris tinnitum reddit, tragoedis, vt ſuadent, geſtanda.* Solin. cap. 37: *Chalcophthongos reſonat vt pulſa aera; pudice habitus, ſeruat vocis claritatem.* Χαλκόφωνος, ab aeris ſonitu. Ergo noſter temere breuem fecit penultimam.

680. *Non translucet molochites, ſpiſſius virens* (et craſſius quam ſmaragdus), *a colore maluae nomine accepto, reddendis laudata ſignis, et infantium cuſtodia quadam, innato contra pericula ipſorum medicamine. Naſcitur in Arabia.* Hactenus Plinius lib. 37. cap. 9. p. 782. Eadem Solinus cap. 33, 20. Iſidorus 16, 7. Priſcianus *perieg.* v. 882. *His, pueros ſeruans, molochites ſplendet arenis.* Non omni ratione deſtituta eſt coniectura Aldrouandi aliorumque, eſſe lapidem, quem noſtrates vocant malachiten, aeruginem ſolidam, quae facile politur. Nam lapis Plinii eſt viridis, non translucens, a marmore et iaspide diuerſus. Hodie

Digitized by Google

Ne teneros artus pars laedere poſſit iniqua.
Dat lapidi pretium virtus cumulata decore.
Craſſum quippe virens ſimilis ſolet eſſe ſmaragdo.
Hunc Arabum gentes prius inueniſſe feruntur. 685

§. 55.
De tecolitho.

Tecolithus nucleo ſimilis perhibetur oliuae,
Aſpectu vilis, naturae vi pretioſus;
Namque

682. *pars poſſit iniqua nocere.* B. P. Cor. A. Vin. *ne teneris membris* Aldr. *pars laedere p. in.* Rz. 683. *virtus quae multa* Vin. 684. *Craſſum* habent omnes edit., etiam Plin., Solin., Iſidorus; ſed in edit. Beaugendre legitur *praxum*; neſcio, quid hoc ſit, niſi dictum ſit pro *praſinum*, quod verſus non admittit. 686. *Cegolithus* Rz. Vin. *olino* Rz. 687. *Aſpectus* B.

Hodie non molochites, ſed *malachites* dicitur, neque ſic male. Ductum eſt enim nomen a nomine plantae cuiusdam, μαλαχη ſeu μολοχη.

686. Plin. 37. cap. 11. p. 794: *Tecolithos oleae nucleo ſimilis videtur; neque eſt ei gemmae honos, ſed lingentium* (bibentium?) *calculos frangit pellitque.* Solinus cap. 37, 11. Priſcianus *perieg.* v. 982: *Tecolithum memorem, iuſto cognomine dictum, Qui lapides renum tritus potusque reſoluit.* Ratio appellationis eſt ἀπὸ τοῦ τήκειν τὸν λίθον. Iam Aëtius *tetrabibl.* lib. 2. c. 19. auctor eſt, lapidem vocari quoque Iudaicum, cuius verba Latine adſcribamus: *Eſt et alius facultate inſignis e Syria Palaeſtinae delatus, forma conſpicuus, lineis tanquam tornatilibus interſectus, Iudaicus vel tecolithus appellatus, ad calculum renum efficax tritus, et e calida potus; nec ſegnior eſt ad veſicae calculos* caet. Galeno *de medicam. compoſ.* lib. 10. dicitur Syriacus, et Dioſcoridi lib. 5. cap. 155. p. 387, Iudaicus. Conferantur quae a Salmaſio diſputata ſunt ad locum Solini p. 501. Quae veteres de hoc lapide commemorarunt, conueniunt prorſus in lapides, quos etiam nunc vocamus Iudaicos, quos eſſe aculeos echinorum e mammillatorum familiâ, hodie certo conſtat. Numeroſas eorum varietates recenſuimus in commenta-

Digitized by Google

Namque ſolutus aquis, et ab his quibus expedit, hauſtus
Dicitur eſſe potens lapidoſos ſoluere renes,
Veſicaeque ſimul purgare dolentis arenas. 690

§. 56.

De pyrite.

Cui fuluus color eſt, cui nomen ab igne pyrites,
Se vetat aſtringi, pertractarique recuſat.
Tangi vult leuiter, pauidaque manu retineri,
Nam preſſus nimium digitos ſtringentis adurit.

§. 57.

691. *furuus* P. 692. *negat* Bel. 693. *leniter* Cuſ. Bel. *trepidaque* R2

tione de reductione rerum foſſilium ad genera naturalia protyporum, quae inſerta eſt volumini tertio *commentat. ſoc. ſcient. Gottingenſis* anni 1772. pag. 118.

691. Equidem nolo omnia exponere, quae veteres de pyritarum variis generibus tradiderunt, neque omnes de iis ſententias aeſtimabo; nunc hoc ſatis ſit, veteres eodem nomine appellaſſe non ſolum lapides ſiliceos, e quibus facile ignis eliditur, ſed etiam pyritas ſ. mineras, e quibus hodie ſulphur et cuprum excoquunt. Quis eſt enim omnium, qui modo cum mineralogia habeat aliquod commercium, qui non credat, Plinium lib. 36. cap. 19. p. 748. cogitaſſe pyriten recentiorum. *Eſt*, inquit, *alius etiamnum pyrites ſimilitudine aeris. In Cypro eum reperiri volunt et in metallis; vnum genus argenteo colore, alterum aureo. — Coquuntur, lauantur vt aes* caet. Aes eſſe cuprum, eoque abundaſſe Cyprum, inter omnes conſtat. Priſcianus *perieg.* v. 978: *Nec non pyrites, digitos qui ſtrictus adurit.* De pyrimacho egimus ad Ariſtotelis *auſcultat. mirab.* pag. 95.

Digitized by Google

§. 57.

De diadocho.

Diadochos per aquam reſponſa petentibus aptus,
Daemonis effigies varias oſtendere fertur.
Nec lapis eſt alius, qui fortius euocet vmbras;
Sed ſi defuncto quis forſitan applicet illum,
Protinus afferitur ſolitas amittere vires.
Namque ſacer lapis eſt, et, quem mors ſternit, abhorret.
Hunc autem perhibent ſimilem fulgore beryllo.

§. 58.

De dionyſia.

Nigra micat rubeis Dionyſia conſita guttis.
Hanc in aqua tritam vinum fragrare loquuntur,
Et

695. *Diadocos* R. Rz. *Eſt qui diadochos reſponſa petentibus aptus.* Bel. *perquam* P. A. Vin. Cuſ. 700. *et quae* P. Vin. Cuſ. *Sanctus enim lapis eſt, et* — Bel. 702. *rubris* Cor. 703. *fragare* P. Cor. Rz. Cuſ. reliquae editiones: *flograre, in aquam* Vin.

695. Plin. 37. ſect. 57. p. 789: *Diadochos beryllo ſimilis eſt.* Haec ille, praetereaque nihil; nec plura vnquam ſcriptores memorarunt, quibuscum ego verſatus ſum. Sed quae aetas Alberti M. addidit, ea libens praetermitto.

702. Plin. 37. ſect. 57. p. 789: *Dionyſias nigra ac dura mixtis rubentibus maculis; ex aqua trita ſaporem vini facit, et ebrietati reſiſtere putatur.* Solin. cap. 37, 18. Iſidor. *orig.* 16, 11: *Dionyſius lapis fuſcus et rubentibus notis ſparſus. Vocatur autem ita, quia ſi aquae mixtus conteratur, vinum flagrat; et quod in illo mirum eſt, ebrietati reſiſtere.*

703. *Fragro* ſaepe confunditur cum *flagro* in mſptis; conf. Drakenb. ad Silium Ital. 15, 117, vbi exempla allata ſunt. Sed Latini ſolent dicere: *fragrare vino*, non *vinum*. Sic ſaltem Martial. 1, 88: *ne grauis heſterno fragres, Feſcennia, vino.* Et Quinctilianus *declamat.* 298. p. 574: *ſaepe fragran-*

Digitized by Google

Et tamen ebrietas ipsius odore fugatur;
In quo naturae solito nil ordine currit,
Dum lapis e lympha vini producit odorem,
Quamque creare solet vinum, fugat ebrietatem.

§. 59.
De chrysolectro.

Esse chrysolectrus similis describitur auro,
Cuius ad electrum color inclinare videtur.
Hic matutinis visu iucundior horis,
Dissimilem speciem post aspicientibus offert;
Cuius materies rapidissima dicitur ignis,
Nam cito vicino correptus flagrat ab igne.

§. 60.
De chrysopasio.

Aethiopum tellus lapidem chrysopasion edit,
Quem tenebrae produnt, occultant tempora lucis,
Nocti-

704. *Protinus* pro *Et tamen* Rz. 706. *Cum* Rz. 707. *citare* pro *creare* P. Rz. Vin. Cus. 708. *Ast* pro *Esse* A. 710. *auris* P. Cus. A. m. 711. *Difficilem* Rz. Hic versus deest apud Bel. 713. *in igne* B. A. 715. *noctis* pro *lucis* Viu.

fragrantem mero vidi. Attamen Solinus scripsit: *vinum fragrat*, et Isidorus, sicut noster, *vinum flagrat*; nisi etiam eo loco legendum sit: *fragrat*.

706. Saporem vini habere gemmam ipsam dicit, cum reliqui odorem tantum vini ipsi attribuant, et quod odore ipsius ebrietas fugetur, non sapore et potu, quod tamen facilius creditu existit. CORNARIVS.

708. Plin. 37. c. 3. p. 772: *Callistratus et differentiam nouam attulit, appellando chrysoelectrum, quasi coloris aurei et matutino gratissimi aspectus, rapacissimum ignium, et si iuxta fuerint, celerrime ardescens.* Hic nihil dubitationis, quin sermo sit de electro seu succino pulcerrime luteo.

714. Inter alias quoque gemmas longe pretiosissimas atque adeo extra pretia omnia,

Digitized by Google

Noctibus igne micans, vaneſcit luce diurna,
Absque nitore iacens auri pallore ſepultus.
Hic quoque naturae mutatus cernitur ordo,
Nam quae nox celat ſolito lux more reuelat.

§. 61.

717. *iacet* A. 719. *verſo* pro *ſolito* Cor. *ſubito* Vin. A. Hic verſus deeſt in Rz.

omnia, taxationemque humanarum opum, quibus nobilis illa matrona Hildegardis olim Theodorici Comitis Hollandiae noſtrae vxor, tabulam auream prorſus inaeſtimabilem D. Adalberti tutelaris Hecmundenſium praeſidis, donatam interſignauit, etiam fuit chryſolampis, quem vulgo vocant Oſculanum, qui nocturnis temporibus ita totum hinc inde illuſtrauit ſacrarium, vt ad preces horarias noctu intempeſta lectas vice lychnorum perdiu haberetur, et etiamnum haberetur, niſi ſpe quaeſtus faciendi compilatus ab euolatico monacho Benedictino bipedum auariſſimo, quod ab eo lapide proditus eſſet ſacrilegus, in pelagus Haecmundenſe proximum praecipitatus eſſet. Manent huius lapidis nonnulla veſtigia hodieque in ſupero limine, cuius modo memini tabulae. ALARDVS.

Apud Plinium certe de ſolo chryſopraſio mentio fit, neque chryſopaſion hunc noviſſe videtur, niſi eum chryſolampidem alio nomine appellauit, quod eo proclivius credo, quod haec verba de ipſo prodat, quae hic de chryſopaſio habentur: *Chryſolampis*, inquit, *in Aethiopia naſcitur, pallidi coloris, die et noctu ignei.* Quapropter ab auri aſpectu nomen duxiſſe putandus eſt, et quod auri colorem referat ac de ſe praebeat. CORNARIVS.

718. Hic verſus locum tuetur, quem habet haec ſectio in edit. Cornarii, Beaugendri et noſtra, quae quidem ſectio in Cuſpiniani et Alardi libris capitulum de ſmaragdo excipit. Etenim verſus 718. ſpectat haud dubie ad verſum 705. Hoc vult auctor, lapides et dionyſiam et chryſopaſium tantundem recedere ab eo, quod rerum ratio poſtulare videatur.

719. *Nam quem nox celat ſolito lux more reuelat.* Sic erat ſcriptum in peruetuſto quodam codice bibliothecae veteris montis prope Coloniam, et ita adducit Ioannes Camers in commentariis in Solinum. In exemplari autem, quod nobis exhibuit Outgerus Amſtelreda-

Digitized by Google

§. 61.

De annulo et gemma.

Annulus vt gemmam digitis aptandus haberet, 720 Dicitur

720. et pro vt Cor. *Annulus vt gemma digitis aptandus adhaeret* A. m.

mus Harlemorum physicus, vir in re medica cum primis experiens, in historiisque conscribendis non vulgaris artifex, habebatur: *Nam quem lux caelat, subito nox coeca reuelat.* Quae mihi lectio magis probatur. ALARDVS.

Conf. quae scripsimus ad v. 241. Plin. lib. 37. cap. 10. p. 789. Solinus cap. 30, 34: *Chrysopasium lapidem lux caelat, produnt tenebrae.* Isidor. 16, 13: *Chrysoprasius Aethiopicus est, quem lapidem lux caelat, prodit obscuritas.* Et cap. 14: *Chrysolampis ex auro et igne vocata. Aurea est enim die, et nocte ignea. Hanc Aethiopia gignit.* Sed sunt complures lapides in scriptis veterum commemorati, qui nocte lucere dicuntur. Sic phlogitis apud Plin. 37, 11. p. 794, et anthracitis, de quibus etiam Isidor. 16, 13. ac Solinus 37. Plin. 37. p. 785: *Ceraunia fulgorem siderum rapiens.* Aelian. *hist. animal.* lib. 8. cap. 22. p. 474: *Cum lapidem intus alicubi deposuisset, nocte insequenti somno soluta mulier eum fulgere, et radiatam domum tanquam immissis facibus ex eo splendere perspexit, tantus fulgor ex lapidis massa exibat et gignebatur, eratque valde pretiosus.* Agatharchides apud Photium p. 1365. de topazio nocte resplendente loquitur. Isidor. 16, 13: *Carbunculi fulgor nec nocte vincitur, lucet enim in tenebris adeo, vt flammas ad oculos vibret.* Lucianus de Syria dea 32. edit. Bipont. 9. pag. 118: *Gemmam in capite fert, quae lychnis vocatur; nomen illi res ipsa dedit. Ab hac noctu splendor multus refulget, vt ab ea tanquam a lucernis aedes tota reluceat; interdiu splendor ille imbecillior, ceterum speciem habet valde igneam.* Pisidas *de mundi opificio* v. 129: *Habet ad pectus lychnitem vnum, qui vt ignis fulget ad diem, et lychnitem alium alba face tanquam ad pedes, qui albam vesperam vbique ostendit seu illustrat.* Etiam margaritas nocte adeo lucentes, vt lucernis opus non sit, commemorat Benjamin Tudelen. in *itinerario* pag. 26. edit. Lugd. Bat. 1633. 8.

quam

Digitized by Google

Dicitur inprimis feciſſe Prometheus vſum,
Caucaſeae rupis quem fragmina lucida ferro
Incluſiſſe ferunt, digitoue recepta tuliſſe.
Aetas poſterior vinxit pretioſa metalla,
Et lapides caros adiecit, et inſuper artem,
Inſuetamque manum triplici veſtiuit honore.
Sed fraus intactum quia nil humana relinquit,
(Inuida naturam dum ſcilicet ars imitatur)
Veras

722. *lucida fragmina* P. Cuſ. *cioſa metalla* Cuſ. 724. *iunxit* V. P. A. Cor. *iunxit ſpecioſa* 725. *clares caros* Cuſ.

quam curauit L'Empereur. Vincentius Bellovac. lib. 8. cap. 39. p. 513. ex libro mihi adhuc ignoto, quem *phyſiologum* apellat: *Adamas nocte tantum, non in die quaeritur, quia nocte lucet, per diem autem non lucet, quia ſol eius lumen abſcondit.* Sunt etiam ſcriptores ſerioris aeui, qui lapidum nocte lucentium magna cum admiratione mentionem faciant; ſed ea exempla ad vnum omnia phyſici ſapientiores ad fabulas commentitias tam diu retulerunt, donec Du Fay, Beccari aliique experimentis comprobauerint, permultos lapides aliaque corpora, aut fortaſſe omnia, luci quando expoſita fuerunt, in tenebris lucere. His cognitis appareret, vnde fabulae relatae paulatim increuerint. Conf. Rob. Boyle epiſtola de adamante in tenebris lucente, adiuncta eiusdem *experimentis de coloribus*, editis Colon. Allobrog. 1680. 4. Du Fay in *Memoires de l'academ. des ſcienc. à Paris. Année* 1735. et in *Phyſiſchen Abhandlungen der Akadem.* vol. XI. p. 38. Beccari in *Comment. Bonon.* Tom. 2. P. 2. p. 140. et in *Algemeinem Magazin. Leipzig* 1755. vol. 6. pag. 181. Thomae Bartholini libri 3. *de luce.* Haſniae 1669. 8. atque libri a nobis laudati in *Hiſtoria inuentionum* vol. 3. p. 553, vbi de fluore lucente, *Fluſſſpat*, qui olim Heſperus dicebatur, diſputauimus.

720-723. Haec omnia ex Plinii lib. 37. cap. 1. quo auctore vſus eſt etiam Iſidorus lib. 16. cap. 16.

726. Id eſt, metallo, lapide et arte. PICTORIVS.

728. De antiquitate artis gemmas adulterandi, et lapides translucentes ex cryſtallo tingendi, egimus in *Hiſtoria inuentionum* vol. 1. pag. 373.

Digitized by Google

Veras a falsis labor est discernere gemmas,
Callida quas didicit vitro simulare doloso,
Dum veram speciem mentitur adultera forma.
Inde fit vt virtus gemmarum nulla putetur,
Ignaros quoties tentata probatio fallit;
Sed veras species (fuerint si rite sacratae)
Effectus miri procul ambiguo comitantur.

EPILOGVS.

Gemmis a gummi nomen posuere priores,
Quod translucerent gummi splendentis ad instar.
Quae non translucent coecas voluere vocari.
Nomine sed lapidis species signantur vtraeque,
Propter quod lapidum titulo liber iste notatur.
Haec ex innumeris excerpta vocabula gemmis
Sufficiant nostro collecta labore teneri,
Quae decies senis distincta patent capitellis.

729. *gemmis* A. 730. *dederit* P. *vultu* pro *vitro* A. m. 731. *species* P. Cus. 734. *Si* pro *Sed* B. Cor. *Sed veras* Vin. *Si verae species* B. Cor. 735. *procul a dubio comit.* Cor. 736–740. desunt in Vin. 737. *transplenderent* P. Cus. 739. *lapidum* P. Cus. *vocatur* Cus. 741. *excepta* A. 742. *vigili collecta labore* P. Cus. *Sufficiat* B. Rz. Vin. 743. Codex Victorinus n. 905. sic desinit: *Explicit liber Marbodi* (*Marbadi* R.) *episcopi, de lapidibus habens versus septingentos et triginta, et sexaginta lapides in se continens per LXI capitula, in iis numerando Capitulum de annulo et gemma.* Beaug.

734. Plin. lib. 37, 10. p. 791: *Hammonis cornu inter sacratissimas Aethiopiae gemmas.* At quaenam gemmae nostro Marbodo rite sacratae dicantur, coniectura non assequor. Ipse saltem de lapillis sacrandis nihil quidquam praecepit.

736. Vsus est auctoritate Isidori, qui lib. 16. cap. 6. *gemmae*, inquit, *vocatae, quod instar gummi translucent.* At hanc etymologiam Vossius ne mentione quidem dignatus est.

738. Id comprobatur auctoritate Plinii lib. 39. sect. 18. p. 775: *Sunt aliqui smaragdi obscuri, quos vocant coecos.*

739. Conf. quae scripsimus ad versum 3.

MARBO-

Digitized by Google

MARBODI

SIVE POTIVS INCERTI AVCTORIS

VERSVS ALIQVOT

PRIMVM EDITI

AB ALARDO PAG. 76.

REPETITI

A GORLAEO ET BEAUGENDRE.

1. *Capnites.*

Capnites ſpecie cryſtallinus optima gemma,
Facundos faciens, curansque potenter hydropen,
Magna ſui gerulis eſt virtus et medicina.
Reddit formoſos et cunctas mitigat iras.
Pellit et ipſe metus, fit gratia ſe comitanti.

2. *Ophthalmius.*

Magna ſalus oculis ophthalmius eſſe probatur;
Sed fures vtuntur eo, et quos nemo tenere
Hoc praeſente poteſt, cur hoc fit, nouerit auctor.

3. *Obſia-*

1. Non eſſe Marbodi hos verſus, facile quisque ex comparatione ſentiet, ſunt tamen vetuſti, neque eos de loco deturbare volui, quem conceſſerunt Alardus, Gorlaeus et Beaugendre, ne noſtrae editioni aliquid deeſſe videatur. *Capnites — plurimis ſpiris fumida, — ebori ſimilis.* Plin. 37. ſect. 56. p. 788. et ſect. 37: *Capnias veluti fumo infecta.* Hunc lapidem Plinius in numero iaspidum habuit; verum capnites cryſtallinus poetae noſtri, neſcio an ſit cryſtallus infumatus Wallerii, *Rauchtopas.* Ceterum hoc nomen neque apud Vincent. Bellov., neque Albertum M., neque apud Bartholom. Anglicum legitur.

5. Quae de hoc lapide ad Marbodi v. 633. diſputauimus, ea ſuperuacuum eſt hoc loco repetere.

Digitized by Google

3. *Obſianus.*

Obſianus lapis eſt, incerta repellere ſemper
Somnia qui potuit, ſecurus eo comitante,
Qui dormire poteſt, non illum ſomnia fallunt.

4. *Ignites.*

Ignites lapis eſt, cui ſubuitreus color eſſe
Cernitur, et mundus, qui fluxum ſanguinis omnem
Stringere conſueuit, tantum ſit fronte ligatus.
Infirmos aliena loqui vetat haec quoque gemma,
Verrucas naeuosque fugat, ſtygesque malignas
A pueris arcet, quorum ſitiere cruorem.
Conflagrare vides incendia forte domorum,
Si tamen hunc adhibes, incendia ſponte quieſcunt.

5. *Diadochos.*

Diadochos ſpecie, ſimilisque colore beryllo,
Plus omni ſpeculo probat effigies ſpeculantum.
Et nullus lapidum tantum medicatur aduſtis.
Hic vbi defunctis adhibetur, ſiſtere fertur
A virtute ſua, fit hebes, neque lenit aduſtos.

6. *Exebe-*

9. *Digeſtor.* lib. 34. tit. 2, 19. 17. in numero lapillorum vocantur *Obſiani* ſeu, vt alii ſcribunt, *opſiani.* Poſſis coniicere, mendoſe ita ſcriptum eſſe pro obſidianis, quorum eſt frequens mentio apud veteres; ſed lectio eſt Florentina, cum ſcriptore Graeco Arriano conſentiens, cui dicitur ὀψιανὸς λίθος. Confer. Turnebi *aduerſar.* lib. 18. cap. 23. p. m. 347. De obſidiano abunde diſputavimus in *hiſtor. inuentionum* vol. 1. p. 374. et vol. 2, 4. pag. 292.

12. Hoc vocabulum barbarum mihi nondum occurrit, nec legitur apud Du Cange. Poſſit videri nomen eſſe pyritae, ſed huic neque ſubvitreus color eſt, neque ei hasce vires attributas legimus.

20. Conf. Marbodi v. 695.

Digitized by Google

6. *Exebenus.*

Exebenus lapis eſt albus, ſatis et ſpecioſus.
Hac gemma manus aurificum dum lympidat aurum,
Nil magis appreciat, nil illi charius illa.
Haec valet ad ſtomachum, ſi ſit conſperſio facta
Cum vino vel aqua fractae de puluere gemmae.
Nouit et exebeni vires inſanus et amens.
Conſeruat partum, cito liberat et parientem,
Si dextro femori connexus erit parientis.

7. *Lingurus.*

Lingurum praegnans, lingurum ſi gerat infans,
More ſuo minus vt timeant, lingurus habebit.
Regius et morbus linguro vincitur hauſto,
Si teris in vino permixto puluere gemmae.

8. *Daphnius.*

Daphnius eximius facit, vt lymphaticus omnis,
Se praeſente ſtatim mereatur habere ſalutem.
Daphnius aſſueuit requiem dare daemonioſis,
Daphnius ad fluxum valet et compeſcit hydropen.

9. *Mennonius.*

Mennonius morbos, languores atque tumores,
Virus et omne fugans inimicitiasque repellens,
Facun-

25. Plin. 37, 10. ſect. 58: *Exhebenus* ſ. exebenus, *gemma ſpecioſa et candida, qua aurifices aurum poliunt.* Eadem Iſidorus. Limpidare eſt ſcriptoribus ſerioris aeui polire. Limpidantur res, quae poliuntur; limpidi lapides ſunt politi.

27. Appretiare, adpretiare, pretium imponere, aeſtimare. Conf. Du Cange.

33. Conf. Marbodi v. 358.

37. Plin. 37, 10. ſect. 57. p. 789: *Daphniam Zoroaſtres morbis comitialibus demonſtrat.*

41. Plin. lib. 37. ſect. 63. p. 792: *Mennonia qualis ſit, non traditur.*

Digitized by Google

Facundum reddit, firmum facit atque fidelem,
Quemque ſui gerulum. Vicerunt proelia reges,
Euaſere necem cauſis capitalibus acti,
Praeſide Mennonio, quem qui gerit effugit iras.
Nauita naufragium nunquam timet hoc comitante.

10. *Galactites.*

Ipſa galactiten lapidem natura vocauit,
Hoc a lacte trahens Graecum ſimul atque Latinum,
Lac vtrumque ſanans, in eodem nomine iunges.
Namque γαλαξ Graeci, lac dicimus eſſe latine.
Femina deficiens a lacte, per hanc ſibi gemmam
Lac ſuffire poteſt, cum mulſo puluere ſumto.
Contriti lapidis ſi femina reſpuit hauſtum,
Vellus ouis grauidae collo circumliget illa,
Si galactites ſuper vdo vellere ſparſus,
Mox plenis puer vberibus lac ſugere quibit.

11. *Odontes.*

Odontem lapidem ſi quis venator habebit,
Si latro, ſi raptor lapidem geſtauerit illum,
Pro votis ſuccedet eis, quamquam pietatis
Officiis careat, nec erit culpabilis actor,
Naturae lapidumque deus, qui nil ſine cauſſa
Efficit in rebus, cuius ſunt omnia facta
Ponderis et numeri manſurae ſubdita legi.

12. *Lapis qui fronte naſcitur aſini.*

Frons onagri vel frons aſini plerumque tumeſcens,
Fert lapidem quandoque ſuum, qui pota venena.
Atque

48. Conferatur Marbodi verſ. 573.

58. In ſcriptis veterum nusquam apparet.

Digitized by Google

Atque venenoſos fertur compeſcere morſus.
Hunc in aqua radens, vt aquam pallere videbis,
Mox euaſuro dare ne tardes patienti.
Hunc nuce maiorem forma criſpante videbis,
Atque ſuperficie palleſcere non renitere.

13. *Triſutes.*

Irim celeſtem tricolor lapis eſt imitatus,
Nomine triſutes, iuris facit eſſe peritos
Iſte ſui gerulos, regum digitos decet ergo.

14. *Phrygius.*

Naſcitur in Phrygia phrygius, ſed hic eſt quaſi pumex,
Pumice ſed grauior; facit hunc perfuſio vini
Follibus afflatum procul ignis viribus vri,
Et velut ignitum candeſcere ſiue rubere,
Fertur et extingui perfuſus nectare tantum.
Vtilis iſte lapis tingendis veſtibus eſſe
Dicitur a Phrygiis fullonibus, hisque peraptus.

15. *Sarcophagus.*

Sarcophagus lapis eſt, qui mortua corpora fertur
Ferme quater denis conſumere poſſe diebus.
Huius apud Troiam reperitur plurima vena.
Eiusdem generis ſunt plurima ſaxa reperta,
Quae-

75. Plin. l. 36. c. 19. ſ. 36. p. 749. videtur eſſe e numero earum rerum, e quibus vitriolum poteſt elixari.
82. Plin. lib. 2. cap. 96. p. 116. et lib. 36. cap. 17. p. 747. Etiam ſarcophagum ad ſubſtantias vitriolicas refero, conſentiente Henkelio. Conf. *Kießhiſtorie* p. 114.

Digitized by Google

Quaeque etiam erodunt viuentia corpora tactu,
Et minus obſeruant, quaecunque cadauera claudunt.

16. *Specularis lapis.*

Copia dat vilem, licet inſignem ſpecularem.
Hunc primum lapidem terris Hiſpania miſit,
Nunc legimus multis regionibus hunc reperiri.
Hic effoſſus humo, ſic fiſſilis extenuatur
Quaslibet in cruſtas, vt vitro tenuior omni
Cernatur, neque iam niſi vitrum credere poſſis.

88. Non opinor eſſe ſeleniten, ſed eam micam, quae vulgo vocatur vitrum moſcoviticum ſeu glacies Mariae ruthenica, *echtes Marienglas.*

Digitized by Google

INTERPRETATIO GALLICA.

Digitized by Google

Digitized by Google

Aſcribamus quaedam virorum doctorum iudicia de hac traductione, admoniti a collega amiciſſimo EICHHORN. *Hiſtoire literaire de la France par les Benedictins.* tom. 7. pag. 109: "La traduction du traité de „Marbode Evêque de Rennes, ſur les pierres pré„cieuſes, eſt auſſi ancienne que le texte original, qui „précéda l'epiſcopat de l'auteur, c'eſt-à-dire, l'an„nee 1096. Le manuſcrit de l'abbaïe de S. Victor de „Paris, qui contient l'un & l'autre, eſt du tems „même, ou presque du tems de Marbode. En liſant „cette traduction, il faut avoir attention à prononcer „l'*u*, non comme françois, mais en *ou*, comme alle„man. Avec cela on y reconnôitra notre langue ro„manciere, naiſſante & toute brute. Le ſcavant & „laborieux l'abbé le Beuf diſſ. t. 2. par. 2. p. 38. nous „apprend, qu'il ſe trouve dans quelques bibliothé„ques de Paris, des traductions du livre de Job, de „ceux des rois & des dialogues du pape S. Gregoire, „lesquelles portent des marques de la fin du XI. „ſiecle, ou du commencement du ſuivant. Celle du „Lapidaire de Marbode paſſe communément pour la „plus ancienne de cette ſorte de traductions. Mais „ce ſentiment n'eſt pas auſſi vrai, qu'on le ſuppoſe. „On a oublié ce que nous avons dit IV. p. 278, que „dès 813 les conciles des provinces de Reims & de „Tours avoient ordonné aux evêques & aux prêtres, „de traduire en langue vulgaire pour l'inſtruction des „peuples les homelies des peres. D'ailleurs ces tra„ductions comme l'obſerve le Beuf, aïant pris leur „origine dans les Pays-bas, où la langue vulgaire, „dont on faiſoit uſage, étoit plus éloignée du latin, „que celle des provinces méridionales, elles précede„rent les autres traductions de même nature. Il eſt „encore certain, que celles d'Atton, (Petr. diac. „Scri. c. 24.) diſciple de Conſtantin l'Afriqain, moine

Digitized by Google

„du Mont-Caſſin, fit des ouvrages de ſon mâitre, „étoient antérieures à la traduction du traité de Mar„bode; puis qu'elles furent faites avant l'année 1077. „Que s'il ne s'agit dans le ſentiment que nous com„battons, que des traductions qui exiſtent, nous „ſommes en droit de douter, ſi celle de la vie de „S. Amant evêque de Rodès, donc Marc-Antoine „Dominicy a publié divers fragments, n'a pas ſur „l'autre le mérite de l'ancienneté."

Diſſertations ſur l'hiſt. eccleſ. & civile de Paris par Lebeuf. II. pag 38: "Un comte de Guines qui „n'étoit point verſé dans le Latin fit faire au XII. „ſiécle une infinité de traductions, non ſeulement „d'ouvrages de pieté & d'hiſtoire; mais encore de „phyſique. Landry de Villanio, un nommé Gode„froy & Simon de Boulogne furent les ſçavans dont „il ſe ſervit. La traduction du Lapidaire de Marbode „de Rennes eſt d'une antiquité ſi reculée qu'elle „pourroit être de l'un de ces auteurs."

Les poëſies du roy de Navarre (par de la Ravaliere). Paris 1742. 12. I. pag. 117: "On veut re„garder cet ouvrage (la traduction du Lapidaire) „comme le plus ancien & le plus conſidérable en „François, qui ait été découvert jusqu'à préſent; le „langage n'en eſt qui vieilli, il eſt encore intelli„gible, pour peu que l'on ſoit verſé dans ces ſortes „de lectures; j'hazarderois de dire qu'il fut fait à la „fin du douziéme ſiécle, ſi d'auſſi habiles gens, que „ceux à qui j'en ai parlé, ne le maintenoient auſſi „âgé, que le texte latin. Néantmoins le François „eſt parfaitement conforme à celui des poëtes, qui „ont écrit depuis Louis le jeune; les rimes ne ſont „point d'une même ſuite, elles y ſont entremêlées, „comme dans le Roman de Brutus. Ces raiſons „pourroient faire douter, que la traduction ſoit auſſi „vieille qu'on le prétend."

PRO-

